


156


Foot 156  
N<sup>o</sup> - 158

R59

3117




















**• OBSERVATIONES FREDENANDI PINTIANI**

professoris Rhetoricæ et græcæ linguæ in clarissima academia Salmanticæsi, in loca obscura aut deprauata historix naturalis

.C. Plinij, a fine libri. xj. vsq; ad finē

*• xxv. •  
A. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z. •  
Anno de 1648*

*• J. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z. •*

• Impressæ in celeberrima vrbe Salmaticæ in officina eximij viri Ioânis Giuntæ. Iussu & impensis Reuerendissimi in Christo patris & illustrissimi antistitis Domini Francisci Bouadillæ episcopi Cauriësis Archidiaconi Toletani &c. Anno. M. d. xliiij. mēse septēbri. Cū priuilegio neq; excudat aut vëdat.

*Del Angel de Carmona de...  
Anno de 1648*





CAROLVS V IMPERATOR HISPANIE REG

● OBSERVATIONES FREDENANDI PINTIANI

professoris Rhetoricæ et græcæ linguæ in clarissima academia Salmanticæsi, in loca obscura aut deprauata historię naturalis

.C. Plinij, a fine libri. xj. vsq; ad finē

*Ab hac forma con el es purgato de  
 año de 1648  
 J. Barral*

● Impressæ in celeberrima vrbe Salmãtica in officina eximij viri Ioãnis Giuntæ. Iussu & impensis Reuerendissimi in Christo patris & illustrissimi antistitis Domini Francisci Bonadillæ episcopi Cauriësis Archidiaconi Toletani &c. Anno. M. d. xliiij. mēse septēbri. Cū priuilegio neq; excudat aut vëdat.



*Este Colegio del Rey de Caronchetes de la villa de Medellana de ay de septiembre con  
 pda de ant. Año de 1648*





**O**R quanto por parte de vos Hernan Nuñez de guzman cauallero de la hordem de Santiago, cathredatico en la vniuersidad de Salamanca nos ha sido hecha relacion, que vos aueys compuesto y escripto vn libro o libros de annotaciones y castigationes sobre todos los libros de la natural historia de Plinio, y los querriades hazer imprimir. Y me suplicastes y pedistes por merced, que auiendo consideracion al trabajo y costa q̄ en hazer lo sufo dicho aueys tenido y terneys, os hiziessemos merced y mandassemos que vos o la persona o personas que vuestro poder ouiessem, y no otras algunas, pudiessem imprimir y vender el dicho libro o libros de las dichas annotationes y castigationes en estos Reynos y señorios de Castilla, ni traer los a vender impressos de fuera parte o como la nuestra merced fuesse. E yo acatando lo sufo dicho, y por vos hazer merced toue lo por bien. y por la presente os doy licéncia y facultad. y mando que por tiempo de diez años primeros figuientes que se cuenten desde el dia dela hecha de esta mi cedula en adelante vos o la persona o personas que vuestro poder para ello ouieré y no otros algúos, puedan imprimir y vender el dicho libro o libros dela dicha natural historia de Plinio, en estos dichos nuestros Reynos y señorios de castilla. So pena q̄ la persona o personas que sin tener vuestro poder para ello los imprimieré o vendieré o hizieré imprimir o vender, pierdan la impressiõ que hizieren y vendieren, y los moldes y aparejos con que lo hizieren. E incurra mas cada vno de ellos en pena de treynta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere. La qual dicha pena se reparta en esta manera. La tertia parte para la persona que lo acusare. Y la otra tertia parte para nuestra camara y fisco. y la otra tertia parte para el juez que lo sentenciare, y mando que cada pligo de molde de los dichos libros se venda al precio que por los del nuestro consejo fuere tassado, y a los del nuestro consejo presidentes y oydores delas nuestras audiencias, alcaldes, alguaziles, dela nuestra casa y corte y chancillerias. y a todos los corregidores, assistente, gouernadores, alcaldes, alguaziles, merinos, prebostes. y otras justicias & juezes qualesquier de los nuestros Reynos y señorios que os guarden y cumplan por el dicho tiempo de los dichos diez años y hagan guardar y cumplir esta mi cedula, y contra ella vos no vayan ni passen ni consientan yr ni passar por alguna manera: so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para nuestra camara a cada vno que lo contrario hiziere. Fecha en Valladolid a veynte y dos dias del mes de hebrero, de mil y quinientos y quarenta y quatro años. Yo el Principe. Por mandado de su alteza pedro de los couos.

AD REVERENDISSIMUM IN  
CHRISTO PATREM ET ILLVSTRISSIMUM DOMI-

num. D. Franciscum Bouadillam episcopum Cauriensem, Archidiaconū To-  
letanum, &c. Fredenandi Pintiani ex equestri ordine militiæ diui Iaco-  
bi, professoris Rhetoricæ & græcæ linguæ in clarissima Sal-  
manticensi academia præfatio in Plinianas observa-  
tiones a fine libri. xj. vsq; ad finem. xxv.



NON FUIT MIHI INTEGRVM ANTISTES  
clarissime, implere promissum cui me obstrinxi in calce mea-  
rum in Plinium observationum, quas octauo abhinc mense  
amplissimo tuo nomini dedicatas emisi, perducendi videli-  
cet ad finem intra menses non multos laboriosum hoc incep-  
tum quod te auctore & impulsore aggressus sum, emaculan-  
dæ quo ad facere possem historiæ naturalis. C. Plinij. Inue-  
nior itaq; vt horatius ait parthis mendacior. Cæterum cõfer-  
ri in me eius rei culpa neq; potest, neq; debet, qui nunquam  
in exequendo opere semel suscepto cessauit, manum ve de  
eo sustuli, sed in operis ipsius difficultatem, quæ non dubie

tanta est vt conatum quãtũlibet magnum hominis cæteris curis vacui retardasset, ne-  
dum meum, qui sum publicis prælectionibus, plurimisq; alijs occupationibus adeo  
impeditus, ne dicam obrutus, vt interdum vix ocium mihi ad scalpendum (vt aiunt)  
caput superfit. Omitto valetudinem quæ nõ omnibus horis mihi homini prope iam  
septuagenario prospera cõtingit. Omitto insperatas repentinaq; sollicitudines ac mo-  
lestias quas cotidie incurrimus, studijs inimicissimas. Omitto diuersa vitæ desideria  
quædam etiam relatu indigna, quæ nos omnib; ferme diei momētis a literis auocāt.  
Vt ignoscendus plane sim si non toto ære alieno me ad præsens exonerem. Nihilo-  
minus inter tot impedimenta quæ properanti mihi moram intulere, maiorem debi-  
ti partem dissoluo, continuatis observationibus a fine libri. xj. vbi desieram, ad finem  
vsq; .xxv. Ita fit vt si bonum omnino nomen non sim, pessimum tamen appellari non  
cõmerear, cum per me non steterit quo minus debito liberarer, ni me operosæ rei im-  
mensus labor & quem verbis exprimere vix est, ad calcem omni studio festinantem  
remoratus fuisset. Sed omissis ijs quæ iustam cunctationi tarditatiq; meæ excusatio-  
nem dare possent, Inueniet claritudo tua præsul amplissime in his. xiiij. voluminibus  
quæ nunc tibi exhibeo, non pauciora nec minus atrocia monstra detecta superataq;  
quam in. x. prioribus. Nec ea debellasse contentus, feras alias minores neglexi, sed ex  
consuetudine mea, vt illæ quoq; quãuis non ita perniciosæ, amœnissimis Plinij agris  
nemoribusq; exterminarentur curæ habui. Omnia itaq; in hac etiam secũda laboris  
mei parte lustravi, omnia rimatus sum, nihil intactum intentatum ue reliqui, dubita-  
riq; omnino nequit quin de opere quod aggressus sum quam diligentissime inquisie-  
rim, nec vt ego arbitror frustrante diligentia. Illud certe affirmandum habeo, quãquã  
non sine discrimine ne cui videar magnifice me iactare. Si decem tam strenuæ operæ,  
nolo enim dicere consiliarij quales illi. x. nestori similes, quorum consilio si sibi da-  
rentur, non dubitabat apud Homerum Agamẽnõ, quin breui Troia caperetur. Si. x.  
inquam tã strenuæ operæ auctoritate auspicijsq; tuis Plinio contingerent, fore vt de-

## PRAEFATIO.

posito magna ex parte squallore, absterfaq; rubigine quib<sup>9</sup> obsitus fuerat, plurimum pristini fulgoris gloriaeq; reciperet. Quo nomine quantum vita ipsa doctorūq; omnium vniuersitas magnitudini tuae debitura esset, in aperto est apud omnes qui vel partim sacri huiusmysterijs initiati sunt. Debet nunc certe quantum nemini alij ex hispaniae principibus, tum ob bonam vtilissimae rei partem tuo ductu atq; imperio confectam, tum ob patrocinium literarum, quod a caeteris fastiditum & in totum repudiatum, a te auidissime susceptum, non constanter modo sed pertinaciter etiam tueris. Na quid nunc attinet tempus frustra conterere, numerosas alias & incomparabiles magnitudinis tuae virtutes vniuersae hispaniae & plurimis europe prouintijs compertissimas recensendo? quarum splendore & superiorum laudes praestringis, & aequalium tuorum nomini ac famae caliginem tenebrasq; offundis, & in posterum tanquam fulgentissimum sidus praeluces, illustri ac memorando documento, quam vitam, quos mores postulet illorum persona qui Christi redemptoris nostri eiusq; apostolorum vice in terris funguntur. Remotus ab omni non solum ambitu sed etiam ambitione & aura populari. Non aliunde sed ex te pendens. Omnia tua praesidia in te ipso habens, tecūq; vt eleganter Persius poeta dixit habitans. Totus in cura ouium tuarum, Totus in sacris literis, philosophiaeq; platonicae & aristotelicae studijs & honestissimis alijs disciplinis. Totus deniq; animi, Totus dei. Iure igitur ac merito omnes ad quorum notitiam tantarum laudum fama peruenit stupefcunt, admiratione tam inauditae incredibilisq; audaciae. Vnus enim ac solus (quod festiuissimus poeta ait) temporibus malis ausus es esse bonus. Sed sentio me dulcedine laudum tuarum longius duci, quas pro dignitate exequi alterum esset opus. Redeo ad rem. Leget vt dixi amplitudo tua in his. xiiij. libris multa nisi me propriae foeturae amor falsum habet, cognitu dignissima, vt pote quae summorum in literis clarissimorūq; hominum ingenia celsuraq; tot annos fugerant. Nec sunt pauciora visenda ve minus, quae in. xj. summos libros referuantur. Omnia ex densissima nocte vbi hactenus delituere, in lucem eruta. Non tamē sine multis meis vigilijs lucubrationibusq; ac sudoribus diurnis ac nocturnis, adeo vt vel cogitatione ipsa non minus praeteritorum laborum, quam eorum qui supersunt, fatiger. Sed durandum est quia coepi, & si viribus deficiam, animo tamen perseverandum. Itaq; si per incommodum valitudinis, alias ue offensiones mihi licuerit, absolua non multo post quod reliquum est operis. Gratias vero vtilitatis quae ex eo doctis omnibus & praecipue Plinianae lectionis studiosis comparatur claritudini tuae pater splendissime deberi, alias testatus sum. Summa enim tua munificentia & larga manu nobis haec oia facis, Oleūq; vt dici solet & impensas ad haec elucubrandam & in comunem vtilitatem inuulganda suppeditas.

Vale.

FRANCISCVS BOVADILLA  
CAVRIENSIS EPISCOPVS, ARCHIDIACONVS

Toletanus, Fredenando Pintiano Rhetoricæ ac græcæ linguæ in  
academia Salmanticensi professori dilectissimo. S.



VANQVAM NON PRAETERIT NOS  
Pintiane doctissime, quam sit dura hæc prouintia quam ac-  
cepisti, ex purgandi quantum vires tuæ ferrent Plinij histo-  
riam naturalem tot vitijs scriptorum & correctorū culpa cō-  
missis, nihil tamen minus veriti sumus quā ne tanquam im-  
memor aut fallax sartorum tectorūq; redemptor, conductio-  
ne renūtiata, aut eruditissimas tuas obseruatiōes in residuos  
eius libros cum summo studiosorum dāno in aliud tempus  
differres, aut non sine magna nominis tui iactura bonorūq;  
vt sic dicam prædiorum pollicitationi tuæ obnoxiorum de-  
trimento, pœnitentia tā laboriosi incepti omnino decoque-  
res. Nunc vero quod intra breue admodum tempus fidem tuam magna ex parte libe-  
raueris, summo opere nobis tibiq; simul gratulamur. Nobis quod diligentia nostra  
nos frustrata nō fuerit. Nam graues debiti exactores nunquam destitimus etiam an-  
te legitimum tempus, promissum opus cotidiano prope conuitio efflagitare. Tibi ve-  
ro quod ad doctrinæ ingenijq; laudem quam ex æditis octauo circiter ab hinc mense  
in libros .x. obseruationibus consecutus es, permagna accessio facta sit ex secunda hac  
æditione in sequentes .xiiij. vt non minoris eruditionis, ita non minus temporū cul-  
pa labefactatos & euersos. Amamus itaq; & admiramur sollertiam ac industriā tuā  
qui non multo mensiū numero eam operam nauaueris in restituendo auctore vt emi-  
nentissimo ita difficillimo, quam nemo alius nostro vt putamus æuo multo longio-  
re temporis spatio præstare potuisset. Adde & illud quod est omnium maximum, ita  
ad amissum opus istud tuum refictum recoctūq; esse, vt neq; ob acceleratam compo-  
sitionem quicquam de industria officio ue decessisse videatur, aut ad absolutam ope-  
ris dignitatem, aliquid eruditionis seu iudicij desideretur. Fecisti igitur vt te dignū  
fuit, festinasti vt est in prouerbio lente. Tuorum vero scriptorū merita egregie profes-  
sor, licet exploratum nobis sit & tu ipse non ignores, perpaucos admodum fore qui  
digne & vt par est expendant, meminisse tamen debes Ciceronianæ illius sententiæ,  
reconditum poema paucorum hoc est eruditorum consensum approbationeq; deside-  
rare. Quā ob rem ad calcem inceptum opus vt perferas, non hortamur modo, sed ma-  
gis ac magis a te contendimus, vel potius crediti iure reposcimus. Rem facies gratif-  
simā non nobis modo quos scis Plinianæ doctrinæ ab adolescentia nostra fuisse affe-  
ctissimos, sed plurimis etiam nostratibus studiosis, honestis ac eruditis viris, qui no-  
biscum literis egerunt, vt hoc a te nouis precibus & exhortationibus impetremus.  
Nam quāuis non lateat nos, quod Pindarus tuus scribit, & nos alias diximus, mul-  
to laboriosius esse, euersam ciuitatem instaurare quam a principio condere, & ob id  
herculeos pene labores ac erūnas te pertulisse in parte operis consumata, & perlaturū  
adhuc in eo quod superest, non tamen debet tibi excidisse, minime cadere in constan-  
tem virum, quum semel coeperit, pedem referre, in re præsertim honesta, vtili, & item



magis quam dici possit necessaria, non solum disciplinis generaliter omnibus, sed etiam latino sermone. Nam ad augendam dicendi facultatem, quam sit locuples Plinius, neminem esse tam a bonorum auctorum lectione abhorrentem putamus, qui ea ignorantia teneatur. Sed scimus has exhortationes ad excitandam industriam tuam parum nobis necessarias fuisse, equum lydium in campum ut dici solet hortatibus. Tuis porro litterariis sudoribus eruditissime Pintiane nulla potest pars laus inueniri. Ex literis enim & sermone multorum cotidie accipimus, te hominem affecta iam aetate & infirmis viribus, cum deberes receptui canere, sine imposito diuturnis laboribus, totum adhuc esse in literis, nunquam te dare ocio, semper aliquid meditantem, quo de literis bene merearis. Dignissimus sane qui ab omnibus in uniuersum amaris, colaris, honoribusque ac comodis augetaris, a nobis vero praeter ceteros impese, quibus peculiaris etiam intercedit causa, antiqua illa nostra cum tyrunculi adhuc essemus sub te literaria militia, paternus tuus in nos amor, mutua nostra erga te obseruantia. Cuius consuetudinis non oblitus, & dignos nos ducis quibus doctissima tua monumenta nuncupes, & ea nobis in tuis praefationibus tribuis, quae etiam si vera essent, non tamen possemus salua nostra verecundia agnoscere. Quapropter ita tibi praceptor optime persuadeo, nihil esse ad praesens, aut fore in posterum tam difficile, quod non possis tibi constanter & intrepide de nobis polliceri, quos tanto tibi beneficio deuinxisti. Nec temere quicquam magis in votis habemus, quam dari nobis aliquando facultatem, qua possimus beneuolum nostrum & gratum erga te animum, re potius quam sermone planum facere, & merita tua explere. Sed intelligimus maiora illa esse quam ut quis ea possit, in hoc terreno ac sordido vitae domicilio digne remunerare. Speramus autem apud summum illum & iustum rerum omnium aestimatorem deum, a quo dona omnia & bonorum operum praemia proficiscuntur, uberrimam tibi in caelis propositam esse mercedem, dignam assiduis tuis studiis, & heroico isto animo, quo iam inde ab adolescentia pessime de te ipso mereri instituisti, indicto cunctis vitae lenociniis, ac voluptatum illecebris inexpiabili bello, sola contentus, uirtutum & literarum conscientia, Vale.

firmante eam lectionem apographo quoque Toletano. ¶ Ex quibus perducti sunt a Iuba duo. Ambo verusti codices. Ex quibus perducti sunt Iuba duo, rectius. Item particula, que superfluit ex eisdem. ¶ Quæ expellantur assidue putrescentibus. Prædicti codices, putrescentibus, notanda orthographia, quia videlicet dicitur, putidus, putor & puteus, ab aquarum putore.

¶ **EXCAP.** xxxiiij. Polybius a gaditano freto longitudinē directo cursu ad os Mæotis, xxxiiij., xxxvij. M. d. pass. prodit. Marcianus a gaditano inquit freto per longitudinem directo cursu ad os Meotis, xxxiiij., xxxvij. M. d. pass. Sed deceptus est hac quoque parte Marcianus. Neque enim vilo pacto legi potest, tricies ter. Et enim vt supra visum fuit, capite ultimo libri quarti, Artemidorus & vna Isidorus longitudinem Europæ a Tanai ad gades octogies quater & quattuordecim. M. pass. prodidit. Quo igitur modo inter Artemidorū Isidorūque hinc, & Polybium inde, tam insignis esse potuit differentia in tradenda Europæ longitudine. Nimirū legendum hic non, xxxiiij.

sed, lxxxiiij., vt quod interuallum fecerunt Artemidorus cum Isidoro a Tanai ad gades, idem fecerit Polybius ab ore Mæotis ad easdem gades. ¶ Siciliam .xij. lx. M. d. pass. Scribe ex exemplari Toletano, .xij. l. M. pass. Sicque esse legendum ostendit ratio postremæ summæ, quæ alias non congrueret præcedentibus. ¶ Cyprum, cccxxv. L. ego, ccxxv. Tum ex eodem exemplari, tum ex ratio

ne calculi, quæ id exposcere videtur. ¶ Per longitudinem directam, xxxiiij., .xl. M. pass. taxat, traxit non taxat idem exemplar. ¶ Colligit ad Mæotin lacum. Citatum exemplar. Colligit intra Meotin lacum, verius vt puto, quia sequitur statim, Idem cum Mæotide &c. ¶ Idem cum Mæotide, clxxiiij., xc. pass. esse tradit, Marcianus. Centies octies bis, xc. pass. Sed legendum in Marciano, centies octogies bis, sicque pliniani numeri sunt interpretandi. Nam octies bis quid aliud sit quam decies non percipio. ¶ Est ergo ad hoc præscriptum Europæ magnitudo, lxxxij., xliij. M. pass. Magna occurrit hoc loco dubitandi causa, Cur Plinius in Africa & Asia longitudinem & latitudinem,

distincte posuerit, nec idem in Europa fecerit. Nimirum locum hunc decurtatum, superque vitiosissime scriptum esse certum habeo, Existimoque restitui sic posse. Est ergo ad hoc præscriptum, Europæ longitudo, lxxxiiij. Latitudo, xvj., xviiij. Marcianus deprauatam Plinij lectionem secutus, octogies bis nonaginta quattuor legit. ¶ Africæ efficit longitudo, xxxvij., xlviiij. Marcianus, xxxvij., xciiij. Astipulante etiam Apographo Toletano, Salmanticensi, xxxvij., xcviij. ¶ Vniuersam mensuram quæ venit in computationem, quæ veniet in comparationem, Archetypum Toletanum. ¶ Asiæ longitudo in confesso est, lxiiij. M. dcccl. Marcianus, Asiæ vero longitudo Sexagies ter, dcccl. Sed non intelligo si recipitur hæc lectio, quomodo constare queat quod sequitur, Europam paulo minus dimidia Asiæ parte maiorem esse quam Asiam. Quod si legatur, tricies, dccc. l. quadrabit fere ratio calculi. ¶ Vt per Meroen & Syenem mensura currat, xviiij., lxxv. M. pass. Marcianus decies octies, xxv.

¶ Siciliam .xij. lx. M. d. pass. Scribe ex exemplari Toletano, .xij. l. M. pass. Sicque esse legendum ostendit ratio postremæ summæ, quæ alias non congrueret præcedentibus. ¶ Cyprum, cccxxv. L. ego, ccxxv. Tum ex eodem exemplari, tum ex ratione calculi, quæ id exposcere videtur. ¶ Per longitudinem directam, xxxiiij., .xl. M. pass. taxat, traxit non taxat idem exemplar. ¶ Colligit ad Mæotin lacum. Citatum exemplar. Colligit intra Meotin lacum, verius vt puto, quia sequitur statim, Idem cum Mæotide &c. ¶ Idem cum Mæotide, clxxiiij., xc. pass. esse tradit, Marcianus. Centies octies bis, xc. pass. Sed legendum in Marciano, centies octogies bis, sicque pliniani numeri sunt interpretandi. Nam octies bis quid aliud sit quam decies non percipio. ¶ Est ergo ad hoc præscriptum Europæ magnitudo, lxxxij., xliij. M. pass. Magna occurrit hoc loco dubitandi causa, Cur Plinius in Africa & Asia longitudinem & latitudinem,

distincte posuerit, nec idem in Europa fecerit. Nimirum locum hunc decurtatum, superque vitiosissime scriptum esse certum habeo, Existimoque restitui sic posse. Est ergo ad hoc præscriptum, Europæ longitudo, lxxxiiij. Latitudo, xvj., xviiij. Marcianus deprauatam Plinij lectionem secutus, octogies bis nonaginta quattuor legit. ¶ Africæ efficit longitudo, xxxvij., xlviiij. Marcianus, xxxvij., xciiij. Astipulante etiam Apographo Toletano, Salmanticensi, xxxvij., xcviij. ¶ Vniuersam mensuram quæ venit in computationem, quæ veniet in comparationem, Archetypum Toletanum. ¶ Asiæ longitudo in confesso est, lxiiij. M. dcccl. Marcianus, Asiæ vero longitudo Sexagies ter, dcccl. Sed non intelligo si recipitur hæc lectio, quomodo constare queat quod sequitur, Europam paulo minus dimidia Asiæ parte maiorem esse quam Asiam. Quod si legatur, tricies, dccc. l. quadrabit fere ratio calculi. ¶ Vt per Meroen & Syenem mensura currat, xviiij., lxxv. M. pass. Marcianus decies octies, xxv.

¶ Siciliam .xij. lx. M. d. pass. Scribe ex exemplari Toletano, .xij. l. M. pass. Sicque esse legendum ostendit ratio postremæ summæ, quæ alias non congrueret præcedentibus. ¶ Cyprum, cccxxv. L. ego, ccxxv. Tum ex eodem exemplari, tum ex ratione calculi, quæ id exposcere videtur. ¶ Per longitudinem directam, xxxiiij., .xl. M. pass. taxat, traxit non taxat idem exemplar. ¶ Colligit ad Mæotin lacum. Citatum exemplar. Colligit intra Meotin lacum, verius vt puto, quia sequitur statim, Idem cum Mæotide &c. ¶ Idem cum Mæotide, clxxiiij., xc. pass. esse tradit, Marcianus. Centies octies bis, xc. pass. Sed legendum in Marciano, centies octogies bis, sicque pliniani numeri sunt interpretandi. Nam octies bis quid aliud sit quam decies non percipio. ¶ Est ergo ad hoc præscriptum Europæ magnitudo, lxxxij., xliij. M. pass. Magna occurrit hoc loco dubitandi causa, Cur Plinius in Africa & Asia longitudinem & latitudinem,

distincte posuerit, nec idem in Europa fecerit. Nimirum locum hunc decurtatum, superque vitiosissime scriptum esse certum habeo, Existimoque restitui sic posse. Est ergo ad hoc præscriptum, Europæ longitudo, lxxxiiij. Latitudo, xvj., xviiij. Marcianus deprauatam Plinij lectionem secutus, octogies bis nonaginta quattuor legit. ¶ Africæ efficit longitudo, xxxvij., xlviiij. Marcianus, xxxvij., xciiij. Astipulante etiam Apographo Toletano, Salmanticensi, xxxvij., xcviij. ¶ Vniuersam mensuram quæ venit in computationem, quæ veniet in comparationem, Archetypum Toletanum. ¶ Asiæ longitudo in confesso est, lxiiij. M. dcccl. Marcianus, Asiæ vero longitudo Sexagies ter, dcccl. Sed non intelligo si recipitur hæc lectio, quomodo constare queat quod sequitur, Europam paulo minus dimidia Asiæ parte maiorem esse quam Asiam. Quod si legatur, tricies, dccc. l. quadrabit fere ratio calculi. ¶ Vt per Meroen & Syenem mensura currat, xviiij., lxxv. M. pass. Marcianus decies octies, xxv.

cas.

cas.

xxxvij. d. p. cas.

cas. xv. l. d. passu.

cas. ccxxv.

cas. cas.

cas. clxxij. cc. passu.

cas. pccv. pccv. et magnitudo nō longitudo

defunt i cas.

cas.

in cas. defunt omnes numeri.

cas.

EX LIBRO

¶ Asiam vero quartam & quartam decimam. Addit Apographon Toletanum, & in super sextam decimam. Salmanticensi cum excusa lectione conuenit. ¶ Indicatisq; regionibus noscatur & quæ cuiq; earum societas sit. Scribo, indicatisq; regionibus noscatur cum qua cuique societas sit. Ex Apographo Toletano. ¶ EX CAPITULO ULTIMO. Arabia ad petras vsq;. Plinius hoc ipso libro capite. xxviii. Vnitatis numero Petram appellauit. non petras. Deinde Nabatæi oppidum incolunt Petram nomine. Strabo quoq; libro. xvj. Nabatæorum metropolin Petram nominat. Item Stephanus & reliqui Petram. ¶ Pelusium Aegypti inferiorq; ora quæ vocatur Alexadriæ. Archetypum Toletanum. Pelusium Aegypti inferiora quæ corha vocatur Alexandria. Scribendum opinor. Pelusium Aegypti, infraq; ora Rhacota vocata, nunc Alexandria. Ex Stephano. ¶ Vtraq; Hippo. Toletanum Apographon vterq; Hippo, rectius. Masculino enim genere efferuntur ab omnibus. Hippo regius, Hippo diarrhytus, nunquam aliter. ¶ Lyciæ Pataram Scribo Patara genere neutro. res nota, & in Pomponio quoq; dicta. ¶ Euboea. Boeoti. Apographon Toletanum. Eubea Beotum. Scribendum arbitror. Euboeæ Oreum. Duæ enim in Euboea vrbes præcipuæ celebrantur, Oreus & Chalcis. Plinio. Straboni. Ptolemæo. Stephano. &c. ¶ Abderam. Idem error qui in Patara. Scribendum enim Abdera genere neutro. confirmat id etiam Apographon Toletanum. ¶ Bessicam. Thraciam. In eodem exemplari Bessiam. abessis Thraciæ populis magnæ claritatis. vnde & in casu patrio mallet legeretur Thraciæ. ¶ Quod superest terrarum tribus assignauere segmentis. Codex Salmanticensis. quod superest terrarum supra tribus assignauere segmentis. ¶ Postremo Scythicum. Scribe. Postremum Scythicum. Nam præcessit mox ante, Alterum per hyperboreos. Præterq; vetus vtrunq; exemplar Postremum legit non Postremo.

## RETRACTATIONES QVORVNDAM

locorum in Pomponio Mela.



VAM SIT, OPEROSA, ET AD ER-  
randum proclivis ac parata materia, orbis situm tra-  
ctare, Pomponius geographus in quem secūdo scri-  
pturus sum, satis ostendit, in ipsa confestim præfa-  
tione testatus, opus se aggredi impeditum, facun-  
diæ minime capax, & perplexi satis ordinis. Plinius  
etiam in initio tertij historię naturalis eandem rem  
dicturus, quasi veniam petens, si quid proderet qđ  
esset a veritate dissentaneum, infinitum id opus exi-  
stimari ait, nec temere sine aliqua reprehensione tra-  
ctatum. Nullum esse genus in quo venia iustior sit,  
si modo minime mirum est hominem genitum non omnia humana novis-  
se. Nos igitur cum homines simus, & nihilo (vt dici solet) vicinis nostris me-  
liores, mirandum non est si in commentariolo quem non multo ante in Pō-  
ponium Melā, auctorem quidem eximium & memorandum, sed malignita-  
te temporum longe omnium deprauatissimum, tumultuaria opera compos-  
uimus, aliqua scripserimus quæ censuram recipiant, retractariq; egeant. Sic  
Hermolaus Barbarus singularis vir doctrinæ vt veteres omittam in Plinia-  
nis castigationibus multa prius dixit, quæ postea in secunda æditione dāna-  
uit, sic etiam post Hermolaum alij, quos tediij vitandi gratia prætereo. Acces-  
dit alia nostrorum temporum peculiaris causa. Tot enim vbiq; sunt alienorū  
laborum insidiatores, vt nisi contra Horatianum præceptum, qualēcūq; par-  
turieris foetū, e vestigio ædas, dicā an abortias, in prōptu sint mille Corycæi,  
qui illū adhuc in vtero maturescētē, per occultos cuniculos, artesq; fraudulē-  
tas extractū, impudētissima frontesibi vendicēt. Quæ mihi satis superq; hu-  
ius rei perito vnica maturandæ æditionis vel præcipitandæ potius, ratio nat.  
Sed vt ad institutum veniam, quæ aut non satis recte dicta in Pomponium  
visa sunt, aut omissa quæ dici non inutiliter potuere paucis attingam.

## EX LIBRO PRIMO. EX PROOEMIO.



VEM persequi lōga est magis quā benigna materia. Dixi cōmodiorē videri mihi lectionē, qđ psequi, quā quē psequi, vt illud, qđ, referat opus, nō ordinē, quoniā sequatur paulo post, & qđ si nō ope ingenij orātis, at ipsa sui contē-  
platione &c. Huic meæ sentētix pleriq; reclamāt, & priorē lectionē retinere malunt. Ius ergo liberum optionis esto, sequaturq; vnusquisq; qđ sibi visum sit magis ad mentem auctoris accedere. ¶ Id quo facilius sciri possit atque accipi. Duo vltima verba, non esse auctoris persuasum habeo, quid enim aliud hic, accipi, quā sciri. ¶ Ex summa asiæ descriptione. Dele in scholijs meis verba illa, sed magis est vt Margiani legatur, nam eodem auctore Margiana toti a slyrie prætendi-

## RETRACTATIONES

tur. Item dele postrema illa eiusdem tituli verba. Appellat autem Aethiopus ægypti, qui ab alijs dicuntur sub ægypto. Et paulo antescribe ad hunc modum. Lego igitur. Super hunc sunt Parthi, Assyrii, & Babylonii, Super illum alterum & super Aethiopus, Aegyptii. ¶ Ex particulari africæ descriptione. Exponens verba illa Pomponij. Extat rei signum, Parma elephantino tergore execto, emendavi. extat rei signum parma elephantini tergoris excetra ex auctoritate Plinij libro. xj. capite. xxxvij. apud quem in exemplari Salamanticensi legitur. Elephantorum tergora impenetrabiles escasedras habent, quo in loco dixi pro escasedras legendum videri excetras. Nunc illud addo, in antiquissimo Toletano apographo cuius testimonio in superioribus usus sum, non escasedras haberi sed cetras propalam. quod adhuc emendationem nostram adiuuat. Et forte apud Pomponium aptius legeretur diuisa dictione. parma elephantino tergore, excetra. Vnde & cetram scuti genus denominatum crediderim. Sed quia hoc commentum multis non satis placet, in aliam coniecturam post longam in hac salebra volutationem deueni, an hic non execto, sed exucto scribendum sit, hoc est nullo prius humore madefacto. Plinius de hippopotamo, libro octauo capite. xxv. tergoris inquit ad scuta galeasq; impenetrabilis, præterquam si humore madeat.

¶ Numidia. Caput sextum. Ultra monumentum commune regis gentis. Deinde Icosium & Vthisia vrbes. Non exprimitur his verbis, quis locus vrbes ve fuerit monumentum commune regis gentis. Proinde legendum puto permutatis verbis. Ultra monumentum commune regis gentis Icosium, Deinde Vthisia vrbes. Aestimandum etiam an sit fidelior lectio. Via. trisyllabum quam Vthisia, ex Ptolemæo qui Icosium & Viã coniungit in quarto. ¶ Ex Africa proprie dicta. Caput septimum. Syrtis sinus est centum fere millia passuum qua mare accipit, trecenta qua cingitur. Confirmatur hæc lectio auctoritate Plinij, non impressi modo sed etiam scripti libro quinto capite quarto. Ceterum Strabo mouet me vt putem scribendum ducenta qua cingitur non trecenta, scribens vltimo libro minorem syrtin patere aditu. lxxv. M. pass. Ambitu. cc. Millia. Maioris Syrtis numerus adeo est apud eundem deprauatus vt curationem nullam recipiat plaga. ¶ Cyrenaica. Caput octauum. Proximis nullæ quidem vrbes stant, tamen domicilia sunt, quæ Mapalia appellantur. Scribo. Proximis nullæ quidem vrbes, stant tamen domicilia sunt, quæ mapalia appellantur. vt hæc sit differentia inter proximos oræ & interiores. Illos mapalia habere, stant videlicet domicilia, hos sequentes pecora, vt a pabulo abducta sunt, ita se ac tuguria sua promouere, vt paulo post sequitur. Sic libro secundo de Nomadibus. Vagi Nomades pecorum pabula sequuntur, atq; vt illa pecori durant; ita hi statam sedem agunt. Et libro tertio de Sarmatis. Non se vrbeb; tenet, & ne statis quidem sedibus, vt inuitauere pabula, vt cedens & sequens hostis exigit, ita res opesq; secum trahens. ¶ Aegyptus. Caput. ix. Deinde semel iterumq; diuisus ad Delta & Metilin, it per omnem ægyptum vagus. Quid nos

Pulcher  
locus.

in intellectu huius loci senserimus in proutu est legere in scholijs nostris. Postea coniectatione illam iniuimus, num verior sit lectio. Deinde semel iterumque diuisus, ac delta medium scindens, it per omnem ægyptum &c. vt Delta hic significet non acutum deltæ, sed totam literæ aream quæ proprie vocatur ægyptus, spaciūque inclusum intra duos alueos Canopicum & Pelusiacum. Ita Pomponius minus a suo Herodoto submotus erit. Cuius verba vt dixi sūt. Tertius quo recta nilus meat, delatus per superiora in acutum deltæ proficitur. Dehinc medium delta scindens in mare euadit. Quod si verborum ordinem mutari permetteretur, optime omnium legeretur hoc pacto. Deinde semel iterumque diuisus, it per omnem ægyptum vagus atque dispersus, ac delta medium, septemque in ora se scindens, singulis tamen grandis euoluitur. Scio plerisque qui semel præsumpserunt extare Pomponium, miraturos hanc meam in nouanda immutandaque Melæ lectione audaciam temeritatem ve? Sed si hanc falso conceptam opinionem exuant, cogitentque vix ad nos tanti auctoris vmbra peruenisse, laudabunt puto voluntatem hanc meam, qui quocumque famæ dispendio conor pulcherrimum auctorem, si non in integrum (hoc enim desperandum est) ad figuram tamen aliquam pristini candoris aut tramam figuræ vt persius ait reducere. ¶ Arabia. Caput. x. hic nisi qua casio monte attollitur plana & sterilis, aptiorem putamus lectionem, plana, sed sterilis. Nam ad planiciem videtur consequi vbertatem. In Arabia autem ægypto contermina e contrario cessit. Idcirco quadrat optime aduersatiua vt vocant grammatici particula. ¶ Syria Caput. xj. Ex operibus eius certe insignia multa sunt duo maxime excellent. Constat quidem sensus etiam si sic legatur, sed nescio quo modo aptior erit, pleniorque lectio, si, quæ, relatiuum adieceris. Ex operibus eius, quæ certe insignia sunt, duo maxime excellent. ¶ Est non minor Ascalon. Scribendum, ascalo. Sic Pliniani codices antiqui præferunt, vt Narbo, Naro, Hippo, Anco, Et plura huiusmodi. Supra hoc dictum. ¶ Phœnice Caput. xij. Facili commercio permutat ac miscet. Deestrema verba superuacanea mihi videntur. ¶ Lycos & Hypatos & Orontes. Lege Lycos & Labotas & Orontes. In expositione mea pro, & labotas, librarij helabotas impresserunt. ¶ Myriádro & Cilices. At in recessu vltimo locus est magni &c. Lego Myriádro & Cilicia, ac in recessu vltimo locus magni &c. Vt verbum, est, superfluat, vel sic Myriandros & Cilicia. Eius in recessu intimo locus est magni quondam &c. ¶ Caria Caput. xvj. Caria sequitur. Habitat incertæ originis. Dixi corrigendum esse vt tunc visum est Habitatores regionis incerti. Nunc repudiato consilio commodiorem duco lectionem. Habitatōrū incerti aborigines, hoc est maiores eorum qui nunc habitant Cariam, incertum est vnde in eandem regionem commearint. Sic Plinius lib. iij, cap. xxij. Erythræa dicta est quoniā Tyrii Aborigines eorū orti ab Erythræo mari ferebātur. ¶ Aeolis Cap. xvij. Vsq; ad imā mōtis Idæ. Isthmos paruis vrbibus aspersus est. Isthmos esse nō pot vbi nō est Chersonesus hoc est peninsula, Cū vero nulla hic peninsulæ mētio habita

Locus not  
candus.

## RETRACTATIONES

fit, sequitur ut nullatenus hic legi Isthmos queat. Scribendum igitur reor, Is mons paruis urbibus &c. Ut paulo post. Huc ab Idæo monte demissus scamander exit & Simois, fama quam natura maiora flumina. Ipse mons veteri diuarum certamine &c. Quod si tibi videatur, non esse elegantiae Melæ, cum paulo ante dixerit montis Idæ, ilico repetere. Is mons, cogita fieri potuisse, ut verbum, mons, positum fuerit a lectore supra pronomen is, expositionis gratia, & postea in contextum orationis receptum, ut in Bithynia, quibus a tergo imminet mons Olympus, ut incolæ vocant Mysius. Is flumen Rhyndacum in ea quæ sequuntur emittit. Sunt tamen exemplaria in quibus non Isthmos scriptum est, sed, Is primo. ¶ Bithynia Caput. xix. ¶ Quibus a tergo imminet mons Olympus ut incolæ vocant Mysius. Cum Strabone duodecimo, Plinius quinto, Ptolemæus etiam quinto, Stephanus, Theophrastus quoque libro quarto de Stirpibus, vno omnes consensu hunc montem Olympum mysium appellent, considerandum est cur Mela scribat, ut incolæ vocat mysius. An legendum quem ab incolis vocant mysium an forte quod magis arridet, verba illa ut incolæ, vocant adiecta sunt a lectore, qui cum nesciret cur dictus esset Mysius, putauit peculiare incolarum esse nomen. ¶ Templi numen iupiter, conditore Iasone, admonuimus legendum nobis videri, conditor Iason. Nunc ut Ptolemæo opem feramus, scire lectorem volumus. Iouem qui in eo templo colitur appellatum esse cognomine. Vrium, auctoribus Stephano in dictione Chalcedon, & Arrhiano in Periplo ponti Euxini, & Ptolemæo in quinto. Apud quem tamē atrox menda inoleuit, a nemine antea me quod sciam animaduersa. Nam ubi est, templum vriudios, correctores non intelligentes quid esset, vriudios, artemidos scripserunt hoc est dianæ. ¶ Huc atque illuc longo rectoque limite extentus, sinuatus cætera. Sed quia contra minus quam ad dextram & læuam abcessit. Locus est tenebrosissimus & qui doctos etiam homines diu torfit. Aperui quid sentire. ~~Idem~~ displicet sententia, ac dubito an posset verius sic legi, sinuatus cætera, sed qua it contra. Minus qua ad dextram & læuam abcessit. Mollibus fastigijs &c. Ut sit sensus, sinuatum esse qua tendit contra hoc est ab utraque continente bosphori cimmerij, arcus brachia ut vocant exprimente, minus autem sinuatum esse qua ad dextram & læuam abcessit, mollibus enim fastigijs &c. Quod autem curuatura oræ sit ubi diximus, ipse infra ostendit in Thracia, his verbis. Recta de hinc ora, nisi quod media fere in promontorium quod Thinniam vocant exit, & incuruis contra se littoribus obtenditur. Aut si hæc scriptura displicet, lege eodem sensu sic, sed qua it contra nimis, qua ad dextram & læuam abcessit &c. ¶ Chalybes Caput. xxj. In media diei totius afficiunt. His quæ scripsi aduersus Pomponium fauent verbo Plinij libro sexto de rege Taprobanæ insulæ, si quid delinquat morte mulctari, nullo interimente, sed auersantibus cunctis & commercia etiam sermonis negantibus. ¶ Quæ duobus alueis in lacum & in mare profluens corocondamam peninsulam reddunt, Monui locum hunc esse ambustum,

Eximi<sup>9</sup> locus in Ptolemæo correctus.

& verbis fraudatum. Emendavi ut occurrit. Video nunc paucioribus verbis posse eundem sensum seruari. Lego igitur. quam duobus alueis, Anticites in lacum, & in mare profluens Corocondama, peninsulam reddunt.

EX SECVNDO LIBRO.  
Scythia Europea. Caput. I.



**M**ODO SINISTRO Latere in nauigantium opposita. Lego lateri, non latere. & Aldus apposita agnoscit, non opposita. ¶ Ac Rhiphæis montibus nam & huc illi pertinent proxima. Cadentes assidue niues &c. Detrahe coniunctionem, ac, & verbum. Cadentes. cum minore litera scriptum superioribus applica. ¶ Quia Gryphi sæuum & pertinax ferarum genus. Herodotus ut retuli Grypas appellat quinta græcorum inflexione. Sed quia Pomponius in tertio de india differens Gryphos eos secunda nostra nominat, & item Plinius libro septimo capite secundo, quanquam idem rursus in decimo gryphas vocat, rem in dubium vocatam iudicio lectorum relinquo. ¶ Terra tum longe disteta excedens, tenui radice littori annectitur. Verbum, excedens, ut dixi in scholijs meis visum fuit superfluere. Ut autem nunc ampliem iudicium, faciunt verba illa Pomponij in Italia. Ab Alpibus incipit in altum excedere. Puto nihilominus verba hic aliquot omissa vel. in altum, vel in pontum excedens, vel aliquid simile. ¶ Atque ut illa pecori durant, ita diu statam sedem agunt. Dispice an sit cōcinnior lectio, atque ut illa pecori durant, ita hi statam sedē agūt, ut aduerbium aduerbio, pronomen pronomini opponatur. ¶ Ex Scythia Europea, neque enim esse dones pocula ex inimicissimorum capitibus expoliunt, oscitantes calcographi pro verbo parentum, inimicissimorum po, fuerunt quod paulo ante præcedebat. Lege itaque neque enim esse dones pocula ex parentum capitibus expoliunt. ¶ Thracia Caput secundum, manentque dominas proci. Dixi in Scholijs in Aegypto prouincia, legendum hic esse, mœrendo minus profici. ¶ Atque ubi pontus alterum sui flexum angulo finit, &c. Superuacanea & indecens repetitio, dixit enim statim ante, quod præteruictos alter ponti angulus accipit. Monstratur inquis finis alterius ponti flexus & alterius anguli. Satis exprimitur verbis illis, & intimo in sinu. Itaque aut ego coniectura fallor aut multa hic verba redundant. Legendum quod omnino sic, & intimo in sinu Apollonia. Reliqua delenda. ¶ Macedonia Caput tertium. Tum Macedonum populi, quot vrbes habitant. Sunt qui hunc locum sic accipiant. Post ante dictas gentes sequi populos Macedonum, & esse tot numero, quot sint vrbes quas habitent, quam recte autem sic intelligatur, arbitrio lectorum esto.

EX ITALIA Caput quartum. Et illa in angusto illorum duorum. Promontorium in quo sedet vrbs Anco a Plinio appellatur



## RETRACTIONES

Cumerum, sic enim habent vulgati codices. Cæterum Apographon Toletanum non. cumero. habet, sed Cunero, vt putem neutro modo legédum esse, sed. Cuneo. Nam Hispaniæ ora in occidentem vergens, promontorium habet nomine. Cuneus, a figura dictum vt postea constabit. ¶ Ex Hispania caput. vj. Blanda. Iluro. Diximus Iluroné appellari a Stephano Ilurgiá. Sed cū Ptolemæus statuatur in mediterraneo Bæticæ oppidum nomine Ilurgis, vocari non absurde in dubiū posset, sit ne potius Ilurgia Stephani, quæ est Ilurgis ptolemæo quam quæ est iluro Póponio. ¶ Mediterranei maris insulæ Caput. vij. & quas musagoros numero tres, vno tamen nomine &c. Plinius etiam cum Pomponio libro. iiii. cap. xij. musagoros appellat. At in antiquissimo Toletano exēplari, non Musagoros habetur, sed musagorus, terminatione græca. Quare & in Póponio vnde mutuatus est Plinius, Musagorus non aliter, scribendū censeo. ¶ Tum statione atq; morte. Emédauimus. Tali statione atq; morte, testimonio multorū auctorū. Nec subiit tunc Platoné citare in dialogo qui inscribitur. Minos vel de lege. Eius verba ex translatione Marsilij ficini sunt. Eo plane veluti legū custode per urbē vsus est Minos, ad reliquā vero cretā custode Talos. Talus enim ter quotannis pagos omnes lustrabat, leges eorū obseruaturus, tabulis æreis leges insculptas circūferens, vnde æreæ nominatæ sunt. Hæc Plato. Cuius postrema illa verba, vnde æreæ nominatæ sunt perperā vertit Marsilius, homo quidē mediocri ingenio & eruditione, mediocri itē græcæ ac latinæ linguæ cognitione præditus, verū in humanis studijs parū versatus, superq; asper & durus nimis interpres. Trāsferre igitur debuit ficinus, vnde æreus appellatus est, sic enim græca præferunt exemplaria, & Talus ipse vt probaui æreus a poetis, fict⁹ appellatusq; est, nō leges. Sed de errorib⁹ Marsilij in translatione Platonis, alio loco dicturi sum⁹ vber⁹.

Platonis  
locus.

De Marsi-  
lio ficino  
iudicium.

### LIBER TERTIVS. Extima Hispaniæ ora. Caput. I.

**N**E QVEEODEM assidue tēpore, sed vt illa surgit ac demergitur &c. Hæc verba in aliā formā mutavi, retēto tamē eodē sensu, nunc ea in statū priorē restituo, Pliniū secut⁹ lib. ij. cap. xcix. de æstibus maris. Nec vnquam inquit eodē tempore quo pridie fluunt, vt ancillantes syderi auido, trahētq; secū haustu maria, & assidue aliunde quam pridie exorienti. ¶ Recipit fluuios hiernam. Promontorium quod est commune vtriusq; lateris hispaniæ, occidentalis & septentrionalis, dixi appellari a Strabone & Ptolemæo Nerium. A Plinio & Pomponio Celticum. Nec vt sentiunt aliqui a Strabone dici Artabram. Postea animaduerti tradi a Plinio, a quibusdam appellari id promontorium Artabrum libro quarto capite. xxj. sed loco ita deprauato atq; alieno, vt promontorium id statuatur longe ab eo situ in quo est. quod mihi causa allucinandi fuit. ¶ Extima galliarum ora. Caput secundum. In auscis elusaberris. Inter barbaras dictiones quæ pulcherrimum hoc & amœnissimum opus inquinare, connumeravi. Elusaberris. Verum tanti apud me ponderis est scriptæ & antiquæ lectiōis fides, vt nutare me cogat, nec satis fidere priori meæ sentē

tix, & si non illam damno. Oppidum enim illud Volcarum Tectosagum in gallia Narbonensi, a Ptolemæo & Plinio appellatum Illiberis, non sic nominant duo illa antiqua exemplaria quæ subinde cito, sed alterum. Illiseberre. Alterum Eliseberre, vt forte verum nomen sit. Elusaberris. & a Tectosagibus fuerit ad auscios translatum. ¶ Mare Caspium Caput. v. Sylux alia quoq; dira animalia, verum & tigres ferunt, vtique Hyrcanix, sæuum ferarum genus. Luxatus est vt opinor, ordo verborum. Legendumque. Sylux, vtique hyrcanix alia quoq; dira animalia, verum & Tigres ferunt, sæuum ferarum genus. ¶ Hispanix & septentrionis insulæ. Caput. vj. Gallicenas vocant. Considerandum an sit verior diuisa lectio, Galli cenas vocant. Nam gallici numinis oraculum illuderat. ¶ In ea quod sol longe occasurus exurgit, breues vtique noctes sunt, sed per hiemē sicut alibi obscuræ, æstate lucidæ, quod per id tempus &c. Et in his verbis ordinis error est. debent enim sic vt reor concipi. In ea per Hyemem sicut alibi obscuræ vtique noctes sunt, æstate breues ac lucidæ quod sol longe occasurus exurgit, qui per id tempus iam se altius euehens, &c. ¶ India Caput septimum. Ab iolide ad Cudum. substitui pro Iolide Colide. emendauit etiam in Plinij sexto Coliacum promontorium, cum in omnibus excusis exemplaribus permutatis literis scriptum sit Colaicum. Nunc addo confirmari hanc meam emendationem fide Apographi Toletani in quo aperte Coliacum legas, non Colaicum. ¶ Tamos promontorium est quod taurus attollit. Ostendi legendum esse Tabis, non Tamos. docui ex Plinio libro sexto capite. xvij. esse iugum incumbens mari. pudendo errore Solini, qui non perceptis Plinij verbis neq; adito Pomponio, Tabin nomen esse maris, non promontorij scribit. ¶ Et alia quidem flumina admittit, sed clarissima. Cophen. Acesinē. Hydaspem. Legendum videtur Cophenem seu Cophena. Nam dupliciter declinatur. aut Cophen Cophenis, aut Cophes Cophetis. Priorem inflexionem Arrhianus in vtraq; compositione, posteriorem Strabo & Plinius secuti sunt. ¶ Atlantici

insulæ & terminus. Ampelusia in nostrum iam fretum vergens promontorium, operis huius atq; atlantici littoris terminus.

Conuenientior & auctoris elegantix, & operis calicatio permutatis vltimis verbis, atlantici littoris, atq; operis huius terminus.

¶ Finis retractationum.

## EX LIBRO SEPTIMO.

Ex proœmio.



**NON SIT SATIS AESTIMARE.**

Conuersis verbis Apographon Toletanum. non sit vt satis aestimare. ¶ Alienis velat opibus. Scripta lectio. aliena velat ope. ¶ Cæteris varîe tegumenta tribuit. Eadem. cæteris varia tegumenta tribuit. ¶ A frigoribus & calore tutata est. Exemplar Salamanticense non tutata est, sed tuta est præfert.

¶ Hominem tantum nudū & in nuda humo natali die abiicit. Augustinus libro quarto de ciuitate dei priscum fuisse apud Romanos morem tradit, infantem nuper æditum humi vt ponerent, ac conti-

n timerent. a quo ministerio dea eis leuana excogitata & culta est. Ad huc Romanorum morem prædicta Plinij verba referenda censent Baptista Pius quem adolescentes Bononiæ professorem vidimus, & Celius Rhodiginus & pleriq; alij, ceu vero hic Plinius de Romanis dūtaxat & non de toto humano genere in vniuersum pronunciet. Sed vt hoc errore illos liberemus, simulq; constet hanc sententiam a Platone vt plura alia mutuatum esse Plinium, subiiciemus Plutarchi verba ex libro qui de fortuna inscribitur latine vt potuimus versa. Quandoquidem plurima inquit ex mutis animantibus & fortunam & generis naturam feliciorē sortita sunt. Quædam cornibus, dentibus aculeis, armatur. Erinacei vt Empedocles ait, tergo præacutis stimulis obsepto in horrescunt. Calciata sunt alia, vestitaq; cortice, lanugine, vnguib; vngulisq; durissimis. Homo solus secūdum Platonem nudus, inermis sine calciamento, sine lecto a natura in medium abiicitur. Quod ergo Plato sine lecto dixit abi ci hominem in medium quo die genitus est, id Plinius alijs verbis expressit, nudum dicens & in nuda humo natali die abiici.

Cæterum quia Hermolaus naturæ patrociniū suscepit aduersus Plinium, petito ex Aristotele testimonio libro de generatione animalium secundo, scire lectorem volumus patrociniū hoc, piam ve apologiam, melius ab Hermolao desumi potuisse ex libro de partibus animalium quarto capite nono.

¶ Vnam tantum ob culpam quia natum est. qua natum est Apographon Toletanum. non quia natum est. ¶ Quando firmum cibus os. Idem exemplar. Quando firmum cibus sospes. Scribi posset. Quando firmum cibus, os, pes. sed quia incessus statim ante meminit, magis est vt scribatur. Quando firmū cibus os, dens ¶ Hominem scire nihil sine doctrina. Scripta exemplaria. hominem nihil scire, nihil sine doctrina. ¶ Qui non nasci optimum censerent, aut quāocysime aboleri. In promptu erat auctor huius sententiæ, vt non fuerit necesse a remotioribus eam petere. Posidippus primo epigramatō græcorum tomo. Elige aite duobus vtrū malis, aut nunquam natum esse, aut post natalem protinus tolli e medio, Quam græci poetæ sententiā apud

Cas.

Cas. uarie tegimenta

Cas.

Multorū opinio refutata.

Cas.

Cas.

Cas. hominem nihil scire doctrina.

Cas. auctoris scire.

nos Aufonius ita reddidit. Ergo optima graiorum sententia quippe homi-  
ni aiunt, non nasci esse bonum, natum aut cito morte potiri. Iam vero Seneca  
noster pulcherrime vt omnia, in libro de consolatione ad martiam. Itaq; fe-  
licissimum est non nasci, proximum puto breuitate vitæ defunctos cito in in-  
tegrum restitui. Præterea quod sequitur paulo post, cætera animatia probe  
in suo genere degere, congregari & stare contra dissimilia, exceptionem pati-  
tur. Plinius libro. x. de Coccyge aue. Quin absumitur ab accipitre si quando  
vna apparuere, sola omnium auis a suo genere interempta. & libro eodẽ ca-  
pite. lxxix. in quo genere omnia magis exitialia si suum gen<sup>9</sup> edere antequã  
noceant. & Aristoteles nono de historia animalium capite primo, olores se ip-  
sos adinuicem maxime omnium auium deuorare tradit. Item quod paulo  
ante præcedit, atq; vni etiam post se de futuro. Ioannes britannicus in qui-  
busdam obseruationibus scribendum censet, defuturæ, vt referatur ad sepul-  
turam, sed magis hic ab Hermolao sto, qui aliter hunc locum accipit ex illis  
Plinij verbis. habere sensum victus, generationis, atq; operis & de futuro  
etiam curam. & si ea verba Hermolaus ignoscendo memoriæ lapsu in hoc vo-  
lumine haberi tradit, cum sint in principio vndecimi. Apographon quoq; to-  
letanum, de futuro habet non defuturæ. ¶ **TEX CAPITE. ij.** In medio  
terrarum orbe a Sicilia & Italia. Duo postrema verba in eodem exemplari de-  
siderantur. ¶ Feruntq; ictas saliuæ &c. Scripta lectio. Feruntq; ictu saliuæ vt  
feruentis aquæ contactu fugere. ¶ Adijcit dextram mammam his virilem,  
dextram in mammis virilem. eadem. ¶ Ifigonus & Memphodorus tradunt,  
redundat verbum tradunt. ex eadem, recte, præcessit enim paulo ante. ¶ Ira-  
tis præcipue oculis, irritatis habet Apographũ Tolet. nõ iratis. ¶ Quæ voca-  
tur bithyæ. Vicinæ exemplar idẽ. ¶ Familix sunt paucæ, postremũ verbũ nõ le-  
gitur in eodẽ. ¶ Et ob id pperuo senatuscõsulto. Vtrũq; exemplar nõ senat<sup>9</sup> cõ-  
sulto legit sed senatuscõsultu. quam lectionem approbabit qui plinianũ ob-  
seruauit morẽ, quæ apud alios auctores nomina aliarum sunt inflexione  
in quartã libentissime mutantis. ¶ Ad aliqua mirabiles. ad alia quam mira-  
biles. eadem. ¶ Item hominum genus. Ligo Idem nõ Item, vt referatur ad  
Ctesiam. ¶ Eosdẽq; sciopodas vocari. Scribo Sciapodas cum. a. in secunda  
syllaba. ex Stephano & Philostrato in vita Apollonij. Item Alexandrino He-  
sychio. Astipulante etiam vtroq; scripto exemplari. De Reliquo notandum,  
hæc verba paulo post inferenda esse post illa quæ sequuntur. Eudoxus in me-  
ridianis indiæ, viris plantas esse cubitales, eosdẽq; Sciapodas vocari quod  
in maiore æstu humi iacentes resupini vmbra se pedum protegant. ¶ Tãtum  
radicum florũq; varios odores. Scribe alio verborum ordine, radicum tan-  
tum florũq; varios odores. ex Apographo Toletano. ¶ Grauiore paulo odo-  
re haud difficulter examinari. duo illa verba. paulo odo. superuacanea sunt  
ex eodem. ¶ Tum quadrupedes, tum recte currentes. Exemplar Salmanti.  
& impressa lectio. tanquã quadrupedes, tam recte currentes. Scribendum  
opinor, quanquam quadrupedes, tamen recti currentes. ¶ Non longe

Hermolai  
error me-  
morix.

cas.

cas. ac Sicilia et Italia

cas.

cas.

cas.

cas.

Cas. que nunc vocatur

Cas.

Cas.

Cas.

Cas.

Cas. sciopodas.

Cas.

Cas.

Cas.

cas. eos a Troglodytis abesse. Rursusq; ab his occidentem versus quosdam &c.  
Existimo conuerso ordine legendum esse. Rursusq; ab his occidentem ver-  
sus quosdam sine ceruice, oculos in humeris habentes. Non longe eos a Tro-  
glodytis abesse. Nam cum illos qui oculos in humeris habent in india esse  
constet Solino etiam teste, & Troglodytæ pertineant ad æthiopiã, si post  
Sciapodas quos non longe a Troglodytis distare ait, alias rursus occiden-  
tem versus india gentes collocet, videbitur Plinius in ordine & situ regionũ

cas. spitham aberrare. ¶ Sipithamæi pygmæi. Scribendum puto. trispithamæi pygmæi.  
quia subiicit statim ternas spithamas longitudine hoc est ternos dodrantes  
non excedentes. Strabo libro. xv. Sed ad fabulas rediens ait, homines quos-  
dam esse quinquepalmos, quosdam tripalmos, quorum nonnulli naso car-  
reant, & duo tantum spiramenta supra os habeant. Cum tripalmis grues pu-  
gnare quod & Homerus significat. ¶ Casas eorum luto pennisq; & ouorũ

cas. putaminibus cõstrui. Conseri non construi Apographon Toletanum.

¶ Mandrorum nomen his dedit Clytarchus. Vetus omnis recentiorq; le-  
cas. ctio Mandorum præfert non Mandrorum. Scribendum videtur aut Panda-  
rum ex Plinio libro sexto capite. xx. et item Stephano, aut Pandæorum ex  
Arrhiano libro. vij. Cuius verba libuit ponere vt collata cum Plinianis hu-  
ius capitũ, & capitũ. xx. libri sexti, omnem ambiguitatem lectoribus adimãt.

Ornatum autem corporis quo vtebatur hic Hercules, Megasthenes fuisse il-  
li similem scribit, quo thebanus Hercules vti solebat, quod & indi affirmãt,  
eiq; multos fuisse filios virilis sexus, multas enim vxores habuisse, filiam ve-  
ro vnicam nomine Pandæam, terrãq; in qua nata est quam Hercules ei tradi-  
dit, de nomine eius Pandæam appellatam, Datos in super elephãtos. d. equi-  
tes ad. iij. M. pedites circiter. cxxx. M. & mox paulo. Ad hæc in regionibus  
quas Hercules filia regno tenuit, fœminas vbi ad septimum vitæ annum per-  
ueniunt viris maturas censerit, ac nubere, viros quadraginta annos summum

& rursus Herculem etiam cum filia. vij. annorum cõcubuisse, vt ex  
se soboles indorum regibus procrearetur. ¶ Oritas ab indis Arbis fluius

cas. Cõtra Her-  
cas. molauum. differtinat. Hermolaus pro Soritas vt antea scriptũ erat Oritas substituit,  
pro Arbis Arbis. Priorem castigationem probo posteriorem improbo.

Nam vetus omnis lectio, Romanaq; & parmensia exemplaria, tum hoc ca-  
pite, tum libro sexto capite. xxiiiij. Item libro nono capite tertio. Semper Ara-  
bis legunt nũquam Arbis. Strabonem fatemur Arbin appellare. Ptolemæũ  
negamus. Nam & græce Arabis apud eum legitur, & e duobus eius interpre-  
tibus prior Arabin posterior Arabium vocat. Item Arrhianus septimo. Pro-  
pe hanc inquit habitat gens indica Arabies dicti, quorum in maiore conscri-  
ptione cõmemini, esse cognominatos a flumine Arabi quod per ipsorum re-  
gionem fluens exonerat in mare, differtinans horum prouinciam ab orita-  
rum terra, & paulo post bis Arabin fluium nominat. Porro idem auctor in  
maiore constructione cuius hic mëtionem habuit, Arabium vocat fluium  
non Arabin nec semel, & Arabitas populos. Stephanus ceu dubius in ytram

partem inclinaret, modo Arbin, modo Arabium vocat. Neq; illud omiserim, sæpe apud eundem Arrhianum scriptum inueniri per duplex, rr. Arrhabis, & Arrhabitæ populi. ¶ Animalium quæ cynocephalos vocamus, melius vocauimus, nam eorum hoc ipso capite meminit. ¶ **EX CAPITE. iiii.** Fœminas gigni celerius quam mares &c. Siue verbum gigni, significet formari in vtero fœtum, seu significet in lucem prodire infantem, falsum est fœminas gigni celerius quam mares. Docet id Aristoteles libro de historia animalium septimo capite. ii. his verbis, Quum itaq; fœtus in vtero formatur, fœmina tardius quam mas perfectionem omnium partium recipit & sæpius in decimum mensem quam mas protrahitur. & capite quarto. Plus etiam motus magna ex parte mas in vtero infert quam fœmina, & celerius prodit, fœminæ enim partus tardior est. Possem etiam (nisi me pudor auocaret) citare Auicenam libro nono de animalibus capite quinto de transmutatione spermatis & Albertum magnum aliosq; aristotelicæ doctrinæ affectatores. Cæterum in exemplari Toletano non gigni legitur, sed nasci. Quod si duo hæc verba iungerentur gigni nasci, & pro eis scriberetur iuuenescere, bellissime locus restitueretur. Aristoteles loco proxime citato. Sed cum in lucem prodierit fœmina, ocyus quam mas & accrescit, & ætate floret, & senectute maceratur. Posset etiam locus minus superstitione restitui, si pro duobus illis verbis, gigni celerius, poneretur iuuenescere, deinde permutatione verborum sequentium legeretur fœminas iuuenescere celerius quam mares, sicut senescere, vel sic, fœminas iuuenescere quam mares celerius sicuti senescere. ¶ **EX CAPITE. v.** ex his, iiii, partus enixa, Sempronium septimo mense genuit, Suillum Ruffum vndecimo, Corbulonem septimo, vtrūq; cōsulem. Postea Cæsoniam, C. principis coniugem octauo. In quo mensium numero genitis intra quadragesimum diem maximus labor. Locus non vulgari indigens cæsura. Ante omnia scripta omnis & impressa lectio non Sempronium agnoscit, sed septimo semper, sicq; haud dubie legendum est. Deinde pro duobus illis verbis. In quo, scribendum est, in quo, & id verbum cum duobus sequentibus, ad præcedentia adiunge. Postremo dictionem, genitis, cum maiore littera scribe, vt sit principium sequentis cæsi, hoc sensu, Vestiliam, C. Herdicij ac postea Pomponij atq; Orfiti coniugem, quattuor ex his partus enixam, æquo semper mensium numero genuisse, hoc est septimo semper mense. Deinde e contrario, peperisse tres alios filios iniquo numero mensium, Suillum Ruffum vndecimo, Corbulonem septimo, Cæsoniam octauo. Genitis vero, hoc est fœtui ad huc intra maternum vterum clauso, intra quadragesimum diem maximum esse laborē, hoc est periculum illis imminere, ne abortu eijciantur. Aristoteles libro septimo de historia animalium capite tertio, Effluxiones vocantur quæ intra septimum mensem corruptiones incidunt, Abortiones autem, quæ intra quadragesimum diem, & quidem plurimi fœtus intra tot numero dies deprauatur. ¶ Massurius auctor est, L. Papyrium prætorem secundo hærede lege agente, Exemplar Salmanticense cohærede

cas.

cas.

cas. m. partus enixa septimo mense genuit

Elegans locus &amp; exactus sed diligenter castigatus.

cas. l. Papyrii sedo prætorem co hærede lege agente

præfert non hærede. Præterea, vix credo ordinem horum verborum non esse inuersum. Rectius enim multo & magis e communi intellectu, verba hoc ordine fluere. Massurius auctor est. L. Papyrium prætorem secundo cohærede lege agente, cum mater partum. xiiii. mensibus diceret tulisse, bonorum possessione contra eum dedisse, quoniam nullum certum tempus pariendi statutum videretur.

Cas.

**EX CAPITULO. vij.** A conceptu redundatio stomachi. Melius redundantia stomachi. Crurum & in guinum leuis tumor, Apographon Toletanum, crurum, & in guinis læui tumor, rectissime, nam in læua fere parte foeminae gignuntur teste Aristotele libro septimo, & supra Plinius capite quarto in fine. & in dextra fere parte, in læua foeminas constat.

Loc<sup>o</sup> egregius.

Cum plerumque abortus causa fiat odor a lucernarum extinctu, vetus lectio, cum plerisque abortus causa odor e lucernarum fiat extinctu. Vt fabius senator prætor in lactis hauustu vno pilo, comodius legetur, potio quam, prætor.

Cas. ai plerisque abortus causa fiat odor ab lucernarum extinctu.

Cas.

**EX CAPITULO. viij.** In pedes procedere nascentem. Procidere, non procedere apographon Toletanum.

Cas. Exercito duo inter arma mortescq; ad noxia successu. Scribo non tam diuersus ab antiqua lectione abiens, exercito duo inter arma hostescq;. Obnoxio abscessu. Nam Toletanum apographo hostescq; habet, non mortescq;. Intelligit autem discessum Agrippæ ex vrbe in insulam lesbon, de quo Suetonius in Augusto. Cornelius quoque Tacitus Tiberij ex vrbe discessum similem huic Agrippæ, abscessum appellat libro primo. Nec vlla inquit tam intima Tiberio causa cur Rhodum abscederet. Et libro. xiiii. de Nerone principe & eius matre. Igitur Nero vitare secretos eius congressus. Abscedentem in hortos aut Thusculanum vel antiatem in agrum, laudare quod ocium lacefferet. Parens eius scribit Agrippina. De commentarijs Agrippinæ, idem Cornelius Tacitus libro quarto. Id inquit ego a scriptoribus annalium non traditum, repperi in commentarijs Agrippinæ filia, quæ neronis principis mater vitam suam & casus suorum posteris memorauit.

Cas. enecata.

**EX CAPITULO. ix.** Auspicatius enecta parente gignuntur. Dispice an leuiter potius sit, ex secula parente, quoniam subiungat statim, primusque Cæsar caeso matris ytero dictus.

Cas. utq; est pht.

**EX CAPITULO. xj.** Vterque profertur, Apographon Toletanum, vtrumque profertur, vt referatur ad puerperium, non ad conceptus. Et in alia quæ vnum iusto partu, quinque mensium alterum ædedit. L ego, & in alia quæ geminos iusto partu &c. ex Aristotele. libro septimo de historia animalium capite quarto. Iam & cum geminos quædam ferret, tertium superfœtauit, & cum tempus pariendi iustum iam esset, primos vitales peperit, secundum quinto mense elisit, qui statim mortuus est. Ex quibus Aristotelis verbis liquebit rem subtilius rimanti, legendum esse non. Et in alia, vt hætenus lectum est, sed. Est alia. Neque enim exemplum quo vititur, eandem cum superioribus rem indicat. Illa ostendunt, si inter duos conceptus parum temporis intercedat, vtrumque perfectum ædi, vt apparuit in Hercule & Iphiclo, hoc docet si post conceptos geminos tertius superfœtetur, geminos nasci vitales, tertium perire abortione. Quare & paulo post scribendum videtur, Rursus alia,

Cas. et in scalia que unu iusto

causam. rursus lucionem patri Barbulei erit  
Sallustius in Historiarum de eo. quia corpore  
recte lingua peccit et inquit, nomine ystii  
omnis uix sicut Barbulei appellabant. ex  
Pisicand. li. vi. 6. in val.  
Max. vic. Barbula uocatur.

## SEPTIMO.

FO. XL.

non. Rursus in alia. ¶ Quarto partu dactorum originis nota in brachio red-  
ditur. locus est corruptissimus & in quo restituendo frustra a viris etiam do-  
ctissimis laboratum est. Vt cum minus male legetur. Tertio partu auorum ori-  
ginis nota in brachio redditur. Sumptum id ex Aristotele ut fere omnia, ex li-  
bro septimo capite sexto de historia animalium. Iam tale quid vel tertia pro-  
le post regeneratum est, ut cum quidam suo in brachio puncti notam habe-  
ret, filius non retulit, sed nepos ea corporis parte nigritiam quandam habes  
confusam prodijt. Sed raro haec eueniunt. ¶ **EX CAPIT E. xij.** annoq;  
post genitum maiori similem fuisse, ut geminum. Scribendum arbitror, pau-  
loq; post genitum maiori &c. Genitum hic accipio conceptum. Aristote-  
les libro & capite citato. Gemini vel dissimiles inter se nati iam sunt, sed plu-  
rimi magna ex parte similes prodeunt. Nam & quaedam cum septimo die a  
partu concubisset, concepissetq;, peperit simile superiori ut geminum. ¶ Ni-  
cei nobilis pyctae Byzantij geniti, annotauerunt alij pyctae legendum esse,  
ubi antea poetae scriptum erat. Nos addimus hunc qui regenerauit in auum  
Aethiopem, non Byzantij natum videri, sed in Sicilia si Aristoteli credimus  
libro & capite toties allegato. Aliqui inquit similitudinis nihil referunt. Red-  
ditur etiam vel post plures eiusdem prosapiae, ut in Sicilia eius quae adulteriū  
cum aethiope commiserat filia, non colorem patris aethiopis reddidit, sed qui  
natus ex haec est, in auum aethiopem regenerauit. Idem tamen Aristoteles a se  
ipso dissentiens libro primo de generatione animalium, in elide rem gestam  
prodit. ¶ **Contractioneq; linguae & sermonis tumultum, aptior forte lectio,**  
cunctationeq; linguae. Solinus ita in plinio videtur legisse. Piscator ex Sici-  
lia proconsuli Surae, praeter alia etiam rictu oris comparabatur. Ita in eodem  
votis impedimento & tarditate, sono linguae, naturalibus offendiculis, con-  
gruebant. ¶ Toranius Marco Antonio iam triumuiro eximios forma pue-  
ros &c. Apographon Toletanum. Toranius mango Antonio iam triumui-  
ro &c. Eximie. Astruunt eam lectionem verba quae sequuntur. Respondit  
versutus ingenij mango. ¶ **EX CAPIT E. xij.** Diuus Augustus in reli-  
qua exemplorum raritate, neptis suae nepotē viam quo excessit anno. ~~1110~~  
lanum, qui cum asiam obtineret post consulatum, Neronis principis succes-  
sione veneno eius extinctus est. Scribo non. M. Syllanum, sed Iunium Syl-  
lanum. Item proconsulatu, non post consulatum. Fuit nihilo minus Marcus  
Syllanus Tiberij principatu potens, insigniq; nobilitate praecellens ciuis, au-  
ctore Cornelio Tacito libro tertio, non tamen is proconsul asiae fuit, neq; ve-  
neno Neronis sublati, sed vtrūq; hoc Iunio Syllano congruit, qui eiusdem  
Tiberij tempore consulatum cum Silio Nerua gessit eodem teste. De eo li-  
bro. xij. Historiarum idem Cornelius tacitus circa initia sic scribit. Prima  
nouo principatu mors Iunij Syllani proconsulis Asiae ignaro Nerone per do-  
lum Agrippinae patrat. & mox paulo. Quippe & Syllanus diui Augusti  
abnepos erat. haec causa necis. Ministri fuere. P. Celerius eques romanus, &  
Aelius libertus rei familiari principis in Asia impositi, ab his proconsuli vene-

cas.

cas.

cas. piscatoris byzanti  
geniti.

cas.

cas.  
Eximios  
eius sibi red-  
ditus.

cas.

cas.



num inter epulas datum est, apertius, quam ut fallerent. Hactenus Tacitus. Porro Successionem hanc Iunij Syllani a principe Augusto, de qua hic Cornelius Tacitus, existimo sic deduci posse. Decius Syllanus auctore eodem tacito frater prædicti. M. Syllani Iuliam Augusti neptem temeravit, ob id in exilium missus, Iulia ob adulteria damnata in exilio peperit infantem ut scribit Tranquillus, quem agnosci & ali vetuit Augustus. Hic forte adulta iam ætate iunium hunc Syllanum procreavit augusti abnepotem. Patet item ex antedictis, Tacito cum Plinio nõ cõuenire. Ille ignaro Nerone veneno Agrippinæ sublatum Iunium Syllanum tradit, Hic non ab Agrippina sed a Nerone scelus patratum asserit. ¶ In actis diui Augusti temporum. Permuta verba. In actis temporum diui Augusti, ex Apographo Toletano. ¶ Cum omnibus his in capitolio immolasse. Verbum, his, redundat ex eodem. ¶ **EX CAPIT. xv.** odorq; dirus aëra. Caue, ne postrema dictioe significari elementum non metallum putes. Ostendit id Plinius libro, xxviiij. capite septimo. Aes contactum graue virus odoris accipere & æruginem. Quid si nõ dirus legas, sed viri, more pliniano. ut libro, ix. capite, xxx. de portetoso illo polypo. Primum omnium magnitudo inaudita erat. Dein color muria oblitio. odore viri, & paulo post Plinius hoc ipsum malum virus appellat. Cæterum verbum, æra, in Apographo Toletano non habetur, ut sentio recte. ¶ Quod deinde tempore ipso animatur, corporaturq; Scribo. tepore potius quam tempore. ¶ **EX CAPIT. xvj.** Quin & augurium in hac esse creditur parte. Triceni bini viris attribuuntur, excepta turdulorum gente. Quibus plures fuere, longiora promitti vitæ putat spacia, foeminis minor numerus. Si paululum mentis aciem intendas, videbis luce clarius, verba hæc confuso ordine collocata esse. Scribo igitur, & cum defluxere explanationem omnẽ adimentes. Trecenti bini viris attribuuntur, excepta turdulorum gente, foeminis minor numerus. Quin & augurium in hac esse creditur parte. Quibus plures fuere longiora promitti vitæ putant spacia. ¶ Quibus in dextra parte gemini superne a canibus cognominati fortunæ blandimenta pollicentur. ~~Constat eisdem sensus nulla lectionis mutatione facta.~~ Nam & puer quidam meus a pedibus quo tempore hæc prodebamus hanc Plinij notam in ore habebat, etiam si nulla tunc illi fortunæ blandimenta arriderent. Sed præterire silentio nolui Solinum in Plinio legisse non superne, sed superant, hoc est eminent extra cæteros. Verba Solini capite tertio. Quos cynodontas vocant, in quibus gemini procedunt a dextra parte, fortunæ blandimenta promittunt. ¶ In trimatu suo cuiq; dimidiam esse mensuram staturæ, certum est. Lego quimatu nõ trimatu. Aristoteles libro de generatione animalium primo, capite, xviiij. Quinquennio fere corpus in homine quidem dimidium capere videtur omnis magnitudinis quæ reliquo toti corpori comparetur. Item Apographo Toletanum non staturæ legit, sed futuræ, quæ lectio mire mihi probatur. ¶ **Xvj.** cubitorum. Solinus capite, iij. xxxiiij. cubitorum. ¶ **Contractione membrorum.** Idem Solinus morborum videtur in Plinio legisse, nõ membrorum.

cas.

cas.

cas.

cas. tpr.

cas.

cas.

cas.

Cgs. quadraginta sex

cas.

membrorū. Statimq; obsessum morbis plurimis, immoderatis ægritudinū  
 supplicijs, cōpensasse præcipitē incrementi celeritatē. ¶ Ipsi nos pridē vidim⁹.  
 Apo. to. Ipsi non pridē vidim⁹. ¶ **EXCAP. xviiij.** Atq; in senecta caruisse  
 potu. in senectā melius, accusandi casu. ¶ **EXCAP. xx.** Tritanū in gladiato  
 rio ludo Samnitiū armatura. Solinus. Samnitē natura videtur agnoscere in  
 Plinio. ¶ Inermi dextra vno digito superatum & postremo correptum in ca-  
 stra tralatum. Legendum censeo ordine inuerso, inermi dextra superatum, &  
 vno digito postremo correptum, in castra tralatum, ex eodem Solino, eodem  
 capite. ¶ Annos. ix. genitū puerum a meridie ad vesperum. lxxv. M. pass. cu-  
 currisse. Vetus vtrūq; exemplar & Solinus, octo annos nō. ix. & xlv. M. pass.  
 non. lxxv. ¶ **EXCAPITE. xxj.** Vt partes earum a cæteris cerni non pos-  
 sent. Solinus secerni non cerni capite quinto. Refragantur tamen ambo scri-  
 pti codices. ¶ **EXCAPITE. xxiiij.** Charmidas quidam in græcia quæ  
 quis exegerit volumina &c. Scribendum puto contra omnia exemplaria Car-  
 neades non Charmidas ex Cicerone prima thusculana & secundo de Orato-  
 re, & quintiliano libro. xj. capite de memoria, Meminit & fortunatianus li-  
 bro. iij. Rhetorices. Item in codicibus scriptis, quidem, legitur non, quidam.  
 ¶ Somno quoq; serpente computat. Exemplar Salmanticense, amputatur.  
 rectius. ¶ **EXCAPITE. xxv.** Animi vigore præstantissimum arbitror  
 Caium Cæsarem dictatorem. Exemplaria ambo non Caium præferunt, sed  
 genitum, quod fortasse aptius, ne videatur romanis tatum eum anteferre, sed  
 vniuerso humano generi. Quod videtur sentire Solinus capite. v. quantum  
 inquit inter milites Sicinius aut Sergius, tantum inter duces, immo vero vt  
 verius dicam inter omnes homines, Cæsar dictator enituit. ¶ **EXCAPITE.**  
**xxvj.** Verum ad decus imperij romani non solum ad viri vnius pertinet  
 victoriam, Pompeij magni titulos omnes. Lego aliter & alia distinctione.  
 Verum ad decus imperij romani non solum ad viri vnius pertinet, victorias  
 magni Pompeij reliqua. ¶ Magniq; nomine spolio inde capto. Apographō  
 Toletanum. Magniq; nomine in spoliū inuicapro. Quidū legas, magni  
 cognomine: quāuis refragentur exemplaria. ¶ In delubro mineruæ q; ex ma-  
 nubijs dicabat. A. Gellius libro. x. capite primo delubrum hoc non mineruæ  
 fuisse, sed victoriæ, videtur asserere. Cuius verba vt cum Plinianis conferas,  
 subnectere libuit. Cum Pompeius ædem victoriæ dedicaturus foret, cuius  
 gradus vice theatri essent, nomēq; eius & honores inscriberentur, quæri cœ-  
 ptum est, vtrum consul tertio scribendum esset, an tertium. ¶ Summa sum-  
 marum in illo gloria fuit. Consuevit quidem Plinius dictiones iterare,  
 sed non hoc modo. Item Apographon Toletanum, illa, legit, non, illo. Qua-  
 re exactius pensitato loco opinor scribendum, Summa, Summa res, in illa  
 gloria fuit, vt infra capite. xxviiij. Capitolium & in eo summam rem. ¶ **EX-**  
**CAPITE. xxviiij.** Sp. Tarpeio. A. Aeternio consulibus. L. iuius tertio li-  
 bro. A. Aeternio legit. Apographon Toletanum. A. Thermo, quæ nomen-  
 clatura frequens est apud latinos scriptores, tum alios, tum Suetonium in

cas. ipsi nō p̄dem.

cas.

cas.

cas.

cas.

cas.

cas.

cas. Charmidas quid.

cas.

cas.

cas.

cas. magni nō  
spoliū in capto. cas.

cas.

cas. spurio tarpeio etno  
consulib⁹.

EX LIBRO

Cæsare dictatore. Stipendia prima in asia fecit. M. Thermi prætoris contubernio. Solinus quoque. A. Thermo, capite. v. Cæterum quoniam Liuij mentionem incurrimus, & cõsulũ. Sp. Tarpeij & A. Aeternij, propellamus ex finibus præstantissimi scriptoris monstrum horrendum, informe, inges, a nullo quod legerim hactenus debellatum. Eius verba sunt libro tertio. Itaque ergo ut magistratu abiere. Sp. Tarpeio & A. Aeternio consulibus, dies dicta est Romulio ab Clau. Cicerone tribuno plebis, Veturio ab. L. Halieno ædili plebis. Vterque magna patrum indignatione dånatus. Romulius. x. M. æris. Veturius. xv. M. Hæc Liuius, apud quem scribendum nõ. C. Claudio Cicerone, sed Lucio Siccio, pro Lucio enim. C. Claudio scripserunt, pro Siccio Cicerone. Ab hoc enim Siccio accusatus conuictusque est male acti imperij. T. Romulius, ut hic tibi ostendit Plinius. Item tribunum eum plebis fuisse liuius tradit consulibus. Sp. Tarpeio & A. Aeternio, quod hic etiam legis. Ut cum Liuius scribat accusatione. L. Siccij damnatum fuisse. T. Romulium a populo. x. M. æris. & Plinius donatum fisco. x. M. æris, verisimile fiat, illa. x. M. quibus dånatus fuit Romulius, donasse populũ tribuno suo. L. Siccio; accusatori. ¶ Itẽ spolia cepit. xxxiiij. Sic vetus & Romana lectio. Itẽ Solinus cap. v. exẽplaria tamen quædam. xxxv. Valer. M. lib. iij. capite de fortitudine. xxxvj. ¶ Torquibus tribus & lxxx. addit Valer. M. huic numero centum, volumine citato. Solinus cum Plinio. lxxxiiij. capite. v. mendosa cuius verba ut castigentur subieci. In Phaleris. hastis puris. Armillis. Coronis. cccxij. meruit. adde dictionem. torquibus. In phaleris. torquibus hastis puris. &c. confer Plinium cum Solino & supra. ¶ Quas Trebia, Ticinusque. Apo. To. Quas Trebia, Ticinus ve. ¶ EX CAP. xxix. Archilochi poetæ interfectores apollo arguit delphis. Scribo numero vnitatis interfectorem, neque enim multi Archilochum interfecerunt, sed vnus dũtaxat, Calondas nomine, Corax cognomine. Quo scelere pollutus, cum ad oraculum apollinis venisset delphos, a Pythia tanquam nefarius sacrilegusque repulsus est, auctore Suida in ea dictione. Meminit & Eusebius Pamphili volumine euangelicæ præparationis. v. capite. xij. Qui tamẽ quod animaduersione dignum est, est non Calondam, archilochi interfectorẽ ut Suidas appellat, sed Archiam, quare inquit qui eum occidit Archias a templo quasi scelestus exire abste iussus est, musarum enim occidit amicum. ¶ Nec difficulter ex his quæ deus significasset intellexit. Legendum censeo, quem deus significasset, hoc est quis nam esset quẽ deus humari iuberet. Præterea Apographon Toletanum non ex his, legit, sed rex idem. ¶ EX CAP. xxx. Ipse quadrigis albis egredientem in littore excepit. Exẽplar vtriusque Ipse a gradibus egredientes in littore excepit. Scribendum opinor. Ipse Achradine egredientes, in littore excepit. Achradinẽ partẽ esse vrbs Syracusanæ Liuius multis locis auctor est. Meminit & Stephanus. & Plutarchus in Dione. ¶ Cũ accusatio- ne qua fuerat vsus rhodi legisset. Rhodijs legisset, nõ Rhodi, Apo. Tol. pro biore lectioẽ. ¶ In illo abiicisse, in hoc importasse. Vet9 exẽplar, abegisse nõ abiicisse. ¶ Quasi ipse sua carmina pbauisset. Verbũ, carmina, non habet in

Locus liuij  
celeber.

cas.

cas. Solini loc

cas.

cas.

cas. p

cas. Locus in  
gnis, resti  
tutus.

cas.

cas.

non hãt in

Toleta. Archetypo. ¶ Quæ prima in orbe ab Asinio Pollione &c. Salmant. in de cas. orbe cas.  
 exemplar. vrbe. non orbe. ¶ & tota vita tua consulatus tantum operibus ele- cas.  
 ctis. Scribo contra omnia exemplaria, & tota vita tua consulatus tanti operi-  
 bus electum. hoc sensu. Nullo magis excellentem insigni posse Ciceronem  
 prædicari, quam si palam cunctis fiat, testimonio amplissimo totius populi  
 romani & tota eius vita, euectum esse ad consulatum, potius quam præpotē  
 tum ciuium studio ac factione. Ita esse hunc locum intelligendum, argumen-  
 to est ipse Cicero oratione secunda contra. P. Rullum tribunum plebis his  
 verbis. Neque enim villo modo facere possum, vt cum me intelligam non ho-  
 minum potentium studio, non excellentibus gratijs paucorum, sed vniuersi  
 populi romani iudicio me consulem ita factum, vt nobilissimis hominibus  
 longe præponerem, nõ & in hoc magistratu & in omni vita essem popularis.  
 Cæterum libentius in Cicerone legerem, vt in omni vita quam & in omni Ciceronis  
 vita, vt vterq; Plinius & Cicero significant popularem fuisse in omni vita Ci- locus.  
 ceronem, & propter hoc in populum perpetuum studium creatum esse consu-  
 lem. ¶ Te suadente, Roscio theatri auctori legis ignouerunt, notataq; se  
 discrimine sedis æquo animo tulerunt. Exemplar Salmant. notataq; se igno- Cas.  
 minæ discrimine æquo animo tulerunt. Toletanum paucioribus verbis, no- Cõtra her  
 tataq; sedes æquo animo tulerunt. De reliquo, desidero hoc loco Hermolai molaum.  
 doctrinam, tantãq; illam antiquitatis cognitionem, qui in hac Roscij histo-  
 ria nos ad Macrobiũ delegat, ceu vero Roscius ille de quo Macrobius ter-  
 tio Saturnalium loquitur, idem sit cum eo de quo nunc Plinius. Cum ille  
 Macrobianus Roscius histrio fuerit Syllæ dictatori acceptissimus, a Valerio  
 maximo. Plutarcho & Plinio memoratus. Hic vero de quo ad præsens agi-  
 tur, appellat<sup>r</sup> sit. L. Rosci<sup>9</sup> Otho, qui in tribunatu plebis, legē tulit de. xiiij.  
 ordinibus. Cuius Plutarchus in Cicerone, Tacitus, lib. xv. Asconius Pedia-  
 nus. Iuuenalis. Horatius, eiusq; interpretes, Lini<sup>9</sup> itē abbreviator & pleriq;  
 meminere. De proscriptorum item liberis præter ~~Quintilianum. Di-~~  
 in Sylla, Suetonius in Cæsare dictatore, Seneca in libro de ira, Velleius pa-  
 terculus libro. ij. nec semel. ¶ **EXCAPITE. xxxij.** Et nihil nimium cupe- cas.  
 re, comitēq; æris alieni atq; litis esse miseriam. Multa hic verba ab ineptis expo-  
 sitoribus temere addita quis non videt: fremant licet critici, Spument, Sibilēt,  
 non ideo minus aperiam sententiam meam. Lego igitur contra omnes homi-  
 nes & cõtra omnia exēplaria & nihil nimis, comitēq; spõsionis esse miseriam.  
 Cætera omnia adulterina verba & falso adiecta sunt. Confirmare superfedi,  
 quia Hermolaus multis auctoritatibus allatis, laborē nobis ademit. ¶ **EX**  
**CAPITE. xxxvj.** Semper excussa nequid inferret cibi, excutiēte, nõ excussa Cas. currite  
 habet Apographon Toleta. ¶ Immo vero inquit meum necate, meo idem Cas.  
 exemplar legit non meum. ¶ Cornelia. n. iuuenis est. Cornelia nimirum iu- Cas.  
 uenis est. in eodē. ¶ **EXCA. xxxvij.** qui veniētē ab illyrijs pestilētiã p̄dixit, Cas. qui veniētē  
 & discipulos ad auxiliādū circa vrbes dimisit. Vetera exēplaria. Veniētē ab Il- ab illyrijs pestilētiã  
 lyricis pestilētiã prædixit discipulis, quos ad auxiliandum circa vrbes dimisit, p̄dixit et discipulos

EX LIBRO

Cas. et non  
hif est.

¶ Et victor, suprema in senecta lapsu scalarū exanimatus est. Aliter Apogra-  
phon Toletanum, & vicit, suprema in senecta lapsu scararum exanimatus.

Cas.

¶ M. Marcelli interdicto. Idem exemplar interdactu quarta inflexione, recte  
ex pliniana consuetudine, vt sæpe notatum est. ¶ Laudatus est & ctesiphon

Cas. crassi pony  
suis.

Gnosius. Vetus lectio Chrisippon. Romana impressio Chresiphon. Apo-  
graphon Toletanum. Cresimphro, propius veritatem. Scribo Chersiphron,  
ex Strabone. xiiij. Templum inquit dianæ Ephesiæ primus Chersiphron fa-

Locus fra-  
bonis.

bricatus est, quâuis in latinis Strabonis codicibus mendose scriptum inue-  
nias Archiphron pro Chersiphron. Castigandum idem vitium in Vitruuio

Cas. et suo apte inge-  
mo quisq; terminet.

Locus V  
triuuio.

libro tertio, & septimo. ¶ EX CAPITĒ. xl. Et suo pte ingenio quisq; ter-  
minet. Apographon Toletanum. Et pro suo pte ingenio determinet. ¶ Abū

de sunt in

Cas.

Cas.

de igitur atq; indulgenter fortuna decedit. Abunde agitur, atq; indulgen-  
ter fortuna deceditur, idem exemplar. ¶ Et non a vate dictum, & non vt a va-

Cas. et  
xxxij. no  
xxxvj.

cte dictum, Idem. ¶ EX CAPITĒ. xliij. Seruauit proscripsum a Sylla  
M. fidustium senatorem annis. xxxvj. Sed iterum proscripsum, superstes Syl-

læ vixit vsq; ad M. Antonium. Constatq; nulla alia de causa proscripsum, quâ  
quia proscripsum esset. Si bis proscripsum accipiamus a Sylla. M. fidustium,

nulla fuit ratio Plinio cur notaret secundam proscriptionem tanquam raram  
& causa carentem. Nam qua ratione primo proscripsum fuit, eadem proscribi

potuit & secundo & tertio & sæpius, sine vlla rei admiratione. Item raras hic,  
memoratuq; dignas hominum fortunas Plini⁹ exequitur. Ecquid rogo mi-

raculi fuit, seruari hominem bis proscripsum ab eodem Sylla. Nunquam  
igitur in animum inducere potui, verba hæc sincera esse, sed hæsit semper

scrupulus luxato ordine scripta esse. Nam nisi opinio mea me fallit Marcus  
hic fidustius bis proscripsum a duobus romanis principibus, vtriusq; sæuitiã

euasit, & vtriq; superuixit, primo a Sylla, & eo mortuo, iterum a M. Anto-  
nio, quem successum, magnæ fuisse felicitatis, negari non potest. Notat au-

tem ~~nonnulla~~ Plini⁹ ~~quod~~ alia causa proscripsum fuisse a M. Antonio,  
quam quia prius proscripsum fuisset a Sylla. Scribendum igitur hunc locum

reor ad hunc modum. Seruauit proscripsum a Sylla. M. fidustium senatore  
annis. xxxiiij. vsq; ad Antonium. Sed iterum proscripsum, superstes illi vixit.

Cas. et mo  
hif Strabonis

Constatq; &c. ¶ Sed eundem in triumpho asculano. Cn. Pompeij Strabo-  
nis duxit puerum. Vtrūq; exemplar. Sed eundem in triumpho asculano Cn.

pompeius duxit puerum. Verbum autem illud. Strabonis, in ambobus desi-  
deratur. ¶ Eodēq; honore cum transfisset exornatus, Salmanticense exem-

Cas.

plar. eodem quoque honore transfuga exornatus, Romana impressio, per  
fuga. ¶ Et quibus felicitatis inductus argumentis, verior vt mihi videtur

Cas. et quibus fe-  
licitatis inductus  
argumentis

lectio. En, quibus felicitatis &c. Sine vlla interrogatione, cum derisu & su-  
gillatione talis felicitatis. ¶ Ero dente se ipso corpore & supplicia sibi gignē-

Cas. et suppli-  
cia sibi gignē-  
te.

te, urbana magis, ac festiua antiqua lectio, & supplicia tibi gignente. ¶ Et fu-  
turo tēpore infelix. Cōmodius futuro tēpori. ¶ Et supremo iōmno eius cui

Cas.

immortuus quodā modo est, in intellectu horū verborū lōge dissentimus tū

ab alijs, tum vero ab Hermolao qui nos ad illum iuuenalis versum remittit, & nos consilium dedimus Syllæ, priuatus vt altum dormiret, quasi Plinius hoc loco de somno illo declamatorio Syllæ loquatur quem romani adulescentes vt altissimū caperet in scholasticis cōtrouersijs suadebāt, reiecta omni rei publicæ cura. Nos secus hunc locū accipiētes non somno cū Hermolao legimus, sed somnio vt alijs emendarūt & Apogra. habet Tolet. de quo ante quā loquamur, Illud legētes nosse oportet, Syllā cōmentarios rerū suarū conscripsisse, ac Lucullo græcarū iuxta Latinarūq; litterarū peritissimo nuncupasse, quorū vigesimū secundū librū absoluit, biduo antequā e vita discederet. Cuius rei auctor est Plutarchus in vita Luculli, & in vita Syllæ. Deinde illud quoq; noscendū, Syllā summā habuisse fidē somniorū visis, vt ex eodē liquet Plutarcho in Sylla his verbis. Lucullū etiā in cōmentarijs quos ad illū inscripsit cōmonefacit, nihil tā stabile duceret, quā quod noctu sibi numē imperaret, & aliquanto post. Ferunt & dormienti Syllæ visam esse deā, quā romani eximia veneratiōe colūt, accepta ex cappadocibus disciplina, siue luna sit, siue Minerva, siue bellona. Hanc sibi astitisse Sylla æstimauit, & posito manibus fulmine, nominatim vt suos feriret inimicos imperasse, eosq; percussos collabi atq; deleri. Eo ex insomnio spe plenus cunctis collegæ expositis, Romam ductabat exercitū. Hæc Plutarchus, qui eodē quoq; loco non lōge a fine, somniū quod Sylla vidit, paulo antequā e vita migraret, his verbis exequitur. Sylla nō modo suū præuidit interitū, verū etiā quodā modo scriptis eū cōmendauit, nā vigesimū secundū cōmentariorū librū biduo antequā mortuus est, scribēdi finē fecit, vbi Chaldæos sibi prædixisse affirmat, quod ei cū beate vixisset, in ipso felicitatis vigore, moriendū esset. Scribit etiā filiū qui paulo ante Metellā exspirauerat, per quietē sibi visum, vilissimo indumento sibi assistentem, patrē suppliciter obsecrantē, vt ab his se curis absolueret, euntē cū eo ad matrē Metellā quiete & omni negociorū abiecta cura cū illa vitā duxisse. Appianus etiā alexādrin<sup>o</sup> bellorū ciuiliū lib. j. de somnio Syllæ paulo ante mortē, sic narrat. Ferūt Syllā cū in agris esset dæmonē quendā p̄ somniū aspexisse, seq; ab illo vocari existimauisse, qđ somniū cū amicis manere retulisset summa celeritate testamētū cōscripsisse, insequētīq; nocte ob signato eo, cū febris accessisset, sexagesimo exacto anno e vita discessisse. hactenus Appianus. In hoc igitur insomnio siue idē sit cū eo qđ Plutarchus narrat, seu aliud ab eo, Syllæ dictū fuisse existimamus, vel a filio, vel a dæmone quē vidit, vel ab alio aliquo qui ei per quietē apparuerit, inuidiā ab eo vno gloria superatā. Nā qđ Appianus ait, exposito amicis somnio sūma celeritate testamētū cōscripsisse, insequētīq; nocte decessisse mire quadrat cū his plinianis & supremo somnio eius cui immortuus quodāmodo est. Hæc annotasse quāuis nulla inerat plinianis verbis menda, non fuerit alienum, vt doctis minime necessaria, ita cæteris non magno opere poenitēda. ¶ Qui prim<sup>o</sup> elephātos primo punico bello duxit in triumpho. L. Metellum pontificem, duxisse primū elephātos in triumpho primo punico bello, longēa veritate abhorret. Idq; ne longe exempla petatur

Aduersus  
Hermolau

COT.

Sylla  
Sylla  
SyllaCOT. qui primus  
elephātos p̄ pri  
mo punico bello.

## EX LIBRO

Plinius docet libro. viij. cap. vj. Cuius verba ad roborandam sententiam nostram necessarium erit apponere. Elephantes inquit italia primum vidit Pyrrhi regis bello & boues lucas appellauit, in lucanis visos anno vrbis. cccclxxij. Roma autem in triumpho, septem annis ad superiorē numerū additis. Triumphus autem hic si quis hoc desideret, Mani Curij fuit de Pyrrho rege, qui superiorum omnium speciosissimus fuit. De quo. L. florus libro primo capite de bello tarentino ita loquitur. neq; vllus pulchrior in urbem aut speciosior triumphus intrauit, cum ante hunc diem nil nisi pecora volscorum, greges sabrinorum, carpenta gallorum, fracta samnitum arma vidisset. Tunc si captiuos aspiceres. Molossi. Thessali. Macedones. Brutius, Appulus, atq; lucanus. Si pompas, Aurum, Purpura, Signa, Tabulæ, Tarentinæq; delitiæ. Sed nihil libentius populus romanus aspexit quam illas quas timuerat cū turribus suis feras, quæ nō sine sensu captiuitatis, submissis ceruicibus victores equos sequebantur. Hæc florus. quæ & liuij epitome confirmat, iteq; Polybius primo volumine & pleriq; alij historici. Patet ergo elephantos in triumpho non primum duxisse. L. Metellum pontificem, sed Manium Curium pulso ex italia Pyrrho rege, annos ante circiter. xxv. Quid igitur est Nimirum legendū hic esse, non primus elephantos, sed plurimos elephantos, cuius castigationis Plinius ipse duobus locis est auctor. Tum lib. viij. cap. vj. his verbis. Eadem plurimos, anno. d. ij. victoria. L. Metelli pontificis in sicilia de pœnis captos. cxlij. fuere. tum libro. xvij. capite. iij. M. inquit Varro auctor est, cum. L. Metellus triumpho plurimos duxit elephantos, assibus singulis farris modios fuisse. Patet igitur Manium Curium elephantos primum aliquot in triumpho duxisse. Post eum plurimos, primo bello punico. L. Metellum pontificem. Sic & fides historię constabit, & Plinius non dissentiet a se ipso. ¶ Voluisse enim primarium bellatorem esse. Exemplar Salmanti. Valuisse. n. & c. Possset etiam non absurde totus hic locus aliter legi. in quibus quærendis sapientes ~~veritatem~~ <sup>veritatem</sup> exigerent cōsumasse æuo. Fuisse enim primariū bellatorem, optimum oratorem. & c. ¶ **TEX CAPITE. xliij.** Quattuor filijs illatus rogo, vno prætore, tribus consularibus, duobus triumphalibus, Vno cēsorio. Scribendum vno prætorio, non vno prætore, ex Valerio Maximo libro. vij. capite de felicitate. Præterea si vnus erat prætorius. tres consulares. Duo triūphales. Vnus censorius, septem fuerunt non quattuor. Respondendum arbitrator quattuor fuisse vt Plinius ait, Vnū prætoriū, Tres cōsulares. Sed ex his tribus qui fuerūt cōsulares, duos præter cōsularē dignitatē triūphales et fuisse, Tertiū et cēsoriū. Alioqui de numero filiorū hui⁹ Metelli, magna est inter auctores dissensio, Plini⁹ supra cap. xij. sex liberos reliquisse tradit, vndecim nepotes, nurus vero generosq; qui se patris appellatione salutarēt. xxij. Vnde nō ab re hic Plinius, conuolante ait tam numerosa illa cohorte, quæ eum patrem appellabat. Valer. Max. libro & capite ante citatis, septem liberos habuisse tradit, viros. iij. foeminas tres. Augustin⁹ secūdo de ciuitate dei, cap. xxij. quinque scribit, cōsulares oēs, Plutarch⁹ in lib. q. in scribitur de fortuna Romanorū

Insignis locus, castigatus.

cas.

cas.

senē inquit Ceciliū Metellū macedonicū elatū a. iiii. filijs consulari-  
 bus, qui nominati fuerint. Q. Banaricus. L. Diadumas. M. Metellus. C. Cas-  
 prarius. Cornelius nepos de viris illustribus. Hic ait quatuor filiorum pa-  
 ter supremo tempore humeris eorum ad sepulchrum latus est. Velleius Pa-  
 terculus priore volumine. Quattuor filios sustulit. Omnes adultæ ætatis vi-  
 dit. Omnes reliquit superstites & honoratissimos. Mortui eius lectum pro-  
 rostris sustulerunt quattuor filij. Vnus consularis & censorius, alter consula-  
 ris, tertius consul. Quartus candidatus consulatus, quem honorem adeptus  
 est. ¶ In ipso tamen flore dignitatis suæ. Apographon Toletanum. In ipso  
 tamē flore dignationis suæ. ¶ Virtutis suæ opera & censuræ periturus. Erra-  
 tum hic etiam in ordine verborum. Nam hæc verba post illa haud dubie se-  
 qui debent, quæ paulo ante præcesserunt, ad tarpeium raptus vt præcipitare-  
 tur. Subijce statim, virtutis suæ opera & censure periturus. ¶ A damnato suo.  
 damnato suo, ambo exemplaria. ¶ Equidem & africani æmiliani. Equidem  
 & africani sequentis. Apographon Toletanum. ¶ Siquidem liberis dixit.  
 Verbum liberis in neutro exemplari legitur. ¶ Iam balearicis & creticis & dal-  
 maticis iam macedonicus ipse. Apographon Tolet. iam Balearicis, Diadema-  
 tis, iam Macedonicus ipse, cætera redundant. ¶ EXCAP. xlv. Et contra  
 voluntatem eius prælatus Lepidus. Exemplar Salmanticense, & contra peti-  
 tionem eius prælatus Lepidus. ¶ Sed prægravi Antonio, sed prægrauante  
 Antonio, Apographon Toletanum. ¶ Et triduo in palude latebræ ægroti, &  
 vt fatetur Agrippa & Mæcenas, aqua subter cutem fusa turgidalatera. Apo-  
 graphon idem, multo castiore lectione, & tridui in palude ægroti, & vt fatetur  
 Agrippa & Mæcenas aqua subter cutem fusa turgidi, latebra. ¶ EXCA-  
 PIT. E. xlvj. Phedium felicissimū qui pro patria proxime occubisset. Exe-  
 plar Tolet. Pedium legit non Phedium. De Phedio Porro seu Pedio qui pro  
 patria occubuerit nihil comperi, sed de Tello Atheniensi, qui auctore Hero-  
 doto libro primo, & apud nostros ausonio poeta, in prælio quod apud Eleu-  
 sinem inter Athenienses & finitimos comississet, pro patria fortiter dimicans mortem oppetijt. Quam obrem interro-  
 gatus Solon a rege Croeso, quæ ex mortalibus fortunatissimum iudicaret,  
 Tellum respondit. Iterum rogatus, quem post tellum putaret, Cleobin & bis-  
 tonem respondit, & si ausonius ab herodoto discrepans, secundas non Cleo-  
 bi & Bitoni datas a Solone dicat, sed Aglao. Notandum autem Ausonium  
 non Tellū vocare, sed Telenā quasi Telē quintæ sit apud græcos inflexionis.  
 ¶ Atq; vt e vitæ genere manifestū est. Salmā. exēp. vtq; e vitæ genere manife-  
 stū est. ¶ EXCAP. xlvij. Anacreō poeta Argathonio Tartessiorū regi, cl.  
 tribuit annos. Legedū videtur, clij. si credimus diuo Augustino citati hunc  
 Plinij locū lib. de ciuitate dei. xv. cap. xij. his verbis. Plinius secundus cū com-  
 memorasset relatum fuisse in literas quendam vixisse. clij. annos, alium de-  
 cem amplius &c. Hæc Augustinus, puto tamen eum in mendosum Plinij  
 exemplar incidisse. Fidelior enim mihi videtur nostrorū exemplarium & item

CAS. CAS.

CAS. CAS.

CAS. NŌ HŌ.

CAS.

CAS.

CAS.

Locus exēp-  
mius. CAS.

CAS.

CAS. utq; vitæ genere.

CAS.



## EX LIBRO

excusorum lectio, in qua semper. cl. nunquam. clij. legitur. Lucianus in libro de Macrobijs. cl. annos Argathonium vixisse asserit. Idem Strabo summus auctor libro tertio, adductis etiam verbis Anacreontis poetæ, quem aduocat hic Plinius. Ea sunt. Equidem Amaltheæ cornu nolui, neq; annorum. cl. imperium tenuisse Tartessi. valer. Max. libro octauo capite de senectute. cxx. annos vixisse scribit. octoginta nãq; annos patriam suam rexisse ait, cum ad imperium quadragesimo accessisset. Quod & herodotus primo volumine, & Cicero in Catone maiore asserunt. Secundum autem Pollionem Asinium .cxxx. vixit. Illud non dissimulauerim, nescire me, qua ratione inductus Hermolaus, Argathonius dicendum esse asseueret, non Arganthonius, contra vetera omnia & noua exemplaria, contraq; auctores cunctos, tam græcos quam latinos, apud quos Arganthonius semper cum. n. in secunda nunquam secus legas. ¶ Maritumorum regem. Vetus codices lutiniorum insulæ regem. Valeri. Max. libro octauo capite de senectute. Latinorum regem. sequitur statim. ¶ Dc. atq; vt parce mentitus filium eius. dccc. Valerius Maximus loco nuper allegato, dccc. scribit non. dc. regē hunc vixisse. Et paulo post vbi. dc. scriptum est Valerius. M. dccc. ponit, nimirum ordine verborum commutato. Item magna librariorum allucinatione (nam Plinij in humanum esset dicere) vbi scribi. patrem. debuit, filium, positum est. Valerius Maximus. Sed multo inquit liberalius Xenophon, cuius perigeros legitur. Is enim latinorum regem octingentis vitæ annis donauit. Ac ne pater eius parum benigne acceptus videretur, ei quoq; dc. assignauit annos. ¶ Gorgiam Siculum .cvij. vixisse. Cicero in Catone maiore, & Valerius Maximus. cvij. Lucianus in Macrobijs cum Plinio. cvij. Pausanias. c. V. Quintilianus in tertio .cix. ¶ Q. Fabius Maximus. lxij. annis augur fuit. Valerius Maximus loco toties allegato. lxij. scribit, vno minus. Q. inquit fabius maxim⁹ duobus & .lx. annis auguratus sacerdotium sustinuit, robusta iam ætate id adeptus.

**¶ EX CAPITE. xlix.** ¶ Rursus Aesculapij secta quæ stata vitæ spacia. Exemp. ~~Sunt qui sententiam Aesculapij secuti qui vitæ spacia. &c.~~ Verbum enim Rursus, in eo non legitur. Item non Aesculapij, sed Asclepiadæ fortasse legendum, ex indice. In quo duo huius nominis auctores referuntur. Alter medicus, Philosophus alter, qui scripsit tragodumena. Medici Asclepiadis & Plinius supra & Galenus frequenter & omnes meminere.

**¶ EX CAPITE. l. P.** Cornelius Ruffus qui consul. In Epitome Liuij, volumine. xiiij. P. Cornelius Ruffinus nominatur hic, non Ruffus. Valerius item Maximus libro secundo capite de censoria nota. Quid de fabricij Licinij censura loquar. Narrauit enim omnis ætas, & deinceps narrabit, ab eo Cornelium Ruffinum duobus cōsulatibus & dictatura speciosissime functum, quod decem pondo vasa argentea comparasset, perinde ac malo exemplo luxuriosum, in ordine senatorio retentum non esse. Astipulantur, florus libro primo, Eutropius secundo. Gellius. xvij. capite. xxi. ¶ E diuerso Phalereus tum deploratus a medicis, Romana & omnis impressa lectio. Phale-

Hermola⁹  
rephēdit.

cas. Xenophon  
impræcipit hui⁹  
mora in silu  
regem. Cas.

cas.

cas.

cas.

cas.

f. nō hē cas.

ræus iam tum dephoratus &c. Duo nostra exemplaria. Phaleræus iacunt.  
 Scribo. Pheræus Iason. ex Valerio Maximo libro primo capite de miraculis.  
 Diuinæ fortunæ vulnus Pheræo Iasoni quidā exitij eius cupid⁹ intulit &c.  
 Magna Hermolai memoriæ hæsitatione & aliorum qui post eum in Pliniū  
 aliquid annotauerunt, in restitutione loci qui maxime omnium ad manus  
 & in expedito erat. ¶ Morbis enim quoq; permutatis verbis duo antiqua  
 exemplaria. Morbis quoq; enim. ¶ A meridianis partibus ad occasum solis.  
 pestilentiam semper ire. Apographon Toletanum. a meridianis partibus &  
 occasu solis, pestilentiam semper ire. ¶ Nisi hieme. Idem exemplar. Non ire.  
 ¶ EX CAPITE. li. a somno mouentium. scribe a Somno morientium.  
 Sic utrūq; præfert exemplar. Est autem periphrasis lethargi. ¶ EX CAPI  
 TE. lii. Nam C. Aelium Tuberonem. Cicero de claris oratoribus. Q. Aeliū  
 Tuberonē celebrat. L. Pauli nepotem, disciplina stoicum, Gracchorum alio  
 rūq; clarissimorum oratorum tempore. ¶ Hermotimi Clazomenij &c. Sic  
 eum Aristoteles primo Metaphysicorum appellat. Item lucianus in laudatio  
 ne musæ, & communis græciæ nominatio. Verum Plutarchus maximæ au  
 ctoritatis scriptor, Hermodorum non Hermotimum nuncupat in libro de  
 dæmonio Socratis, his verbis. De Hermodori autem Clazomenij anima,  
 accepisti quo pacto e corpore egressa, vagabatur per loca complura, deinde  
 regrediebatur, cum & audisset & interfuisset multis quæ longe inde accide  
 rant, quoad vxoris prodicione inimici corpus illius dum anima abesset, in  
 suam potestatem redactum, domi exusserūt. ¶ Aristæi etiam visam &c. Scri  
 be Aristæ non Aristæi. ex Herodoto, & Plutarcho in Romulo, & Suida,  
 & gregatim omnibus qui Proconnesium hunc scriptorem Aristeam appel  
 lant, non Aristæum. vt errauerit Plutarchi interpres qui monstrato loco pro  
 Aristeam, Aristæum vertit. ¶ Rerum faciē mutationēq; mirantem velut po  
 stero experrectum die. puto vitiatum esse ordinem verborum, Scribendūq;  
 experrectum velut postero die, rerum faciē mutationēq; mirantem. ¶ Varro  
 quoq; auctor est. xx. viris agros diuidētibus Capuæ. Apographon Toleta  
 num. xx. viros e gro diuidente Capuæ. Lego. xx. viro se agros diuidēte Ca  
 puæ. ¶ Quendam qui efferretur feretro. Antiquus vterq; codex. quendā qui  
 efferretur foro. ¶ EX CAPITE. liij. Hæc est summa vitæ felicitas. Scri  
 bo cum minore, & coniunctim cum superioribus, hæc est summa vitæ felici  
 tas, vt sit expositio eorum quæ proxime dicta sunt. ¶ Bebius iudex cum va  
 dimonium differri iubet Apographum Toletanum. Bebius iudex dum Ba  
 bilium differri iubet. Scio differri vadimonia rem esse apud auctores vulga  
 rem, sed antiquam lectionem mire probo. ¶ L. Dutius medicus Valla. Le  
 go diuerso ordine. L. Dictius Valla medicus. Toletanum tamen exemplar  
 Tuscius habet no Dutius. ¶ Quem euenti anxietate diximus mortuū. Am  
 bo nostri codices non. euenti, sed deuerti agnoscunt. Scribo diuorti seu di  
 uortij. Nam superius capite. xxxvj. ostensum fuit. M. L. epidum Apuleiæ vxo  
 ris caritate post repudium obiisse. ¶ EX CAPITE. liij. Sepultus intelli

cas phalere uia cu

Locus con  
clamat⁹, vi  
ra reddit⁹.

Hermolai  
hæsitatio. cas

cas. in meridianis partibus  
ad occasu solis.

cas.

cas.

cas. celui.

cas hermom.

Plutarchi  
interpres  
lapsus. cas. aristee.

Amenus  
locus. cas. uelut postero  
die experrectum.

cas. auctor eē. xx. uiris  
agros diuidentem capue.  
ut sit legend. auctor est se  
xx. uiro agros diuidente.

cas. cas. hæc summa vitæ felicitas.

cas. Bebius iudex dum  
babilonis. uadimonij uis  
differri iubet.

cas. L. tunius medicus ualla

Locus puls  
cher. cas. diuerti

cas. Q. Fabius Maximus in consulatu  
 suo pridie kl. Ian. in cuius locum ora  
 bilius paucis suis oratorum consulatum pe  
 tijt ut sit c. nobiliss. paucissimarum  
 horarum consulatum petijt. et Cicerone  
 Tullio et Dione. quod accidit libri  
 2ij cyrene ut libri. ix. cap. lv. m.  
 s. exemplar chirrus h. pro c. Hirrus

# EX LIBRO

gitur quoquomodo conditus, humatus vero humo coniectus. Hæc verba  
 subdubito an sint Plinij, an vero alicuius grāmatici, qui differentiam inter  
 ea duo verba in margine libri vt fieri solet notare voluerit. **EX CAP I  
 TE. lv.** Post sepulturam aliæ atq; aliæ manium ambages. Duo illa verba. atq;  
 aliæ. redundant ex Salmanti. lectione. Apographon Toletanum, Post sepul  
 turam variæ manium ambages. **¶** Et in mortis quoq; temporā ipsa sibi vita  
 mentitur. Rursus verbum. ipsa. superfluit. ex eadem. **¶** Quod autem corpus  
 animæ prosequitur materiam? Castigo. Quod autem corpus animæ per se?  
 quæ materia? ex exemplari Tolet. **¶** Puerilium ista deliramentorum. Ambo:  
 codices elementorum legunt, non deliramentorum, vt Scribendum putem  
 delinimetorum. **¶** Ac duplicat obitus si dolere etiam post futuri æstimatione  
 ne euenit. Apographon Toletanum. dolorem legit non dolere, vacatq; in eo  
 verbum vltimum. euenit. Quare sic lego. ac duplicat obituri dolorem, etiam  
 post futuri æstimatione. **¶** At quanto facilius certiusq; sibi quæq; credere, ac  
 speciem securitatis antegenitali sumere experimento. breuius prædictum  
 exemplar. At quāto facilius certiusq; sibi quæq; credere speciem securitatis, an  
 tegenitali experimento. **EX CAPIT E. lvj.** Item forcipem. marculum.  
 martellum vetus lectio, non marculum. **¶** Lapidicinas Cadmus Thebis. La  
 picidinas permutatis syllabis, exemplar Toleta. **¶** Sutrinam Boethius. Idem  
 exemplar. Sutrinam Tibus Boethius. forte Tibus Boeotius, vel sic. Sutrinā  
 Thebis, Boethius. **¶** Aristoteles lydum Scythē. Scytin, non Scythē idē exē  
 plar. **¶** Fabricam materiariam Dædalus. Fabricæ materiam Dædalus, idem.  
**¶** Oleum & trapetas Aristeus athēniensis. Diodorus quinto docet nos, cy  
 renensis hic legendum esse non atheniensis, his verbis. Nunc Aristei acta se  
 quentur. Hic ex apolline ac Cyrene Hipsei filia genitus est. De cuius genere  
 quidam ita tradūt. Cum Cyrene apud pelium virgo educaretur. apollo eius  
 forma captus raptā virginem in libyam detulit ad ea loca in quibus postmo  
 dum ciuitas condita est ab eius nomine Cyrene. Ex ea filiū suscepit Aristeū,  
 quem infāntem tradit nymphis nutriendum, a quibus triplici nomine est  
 appellatus. Nomius. Aristeus. Agreus. Ab his nymphis cum lac coagulare,  
 mel atq; oleum conficere didicisset, primus ea in vsum hominum traduxit.  
**¶** Iaculum cum amento inuenisse Aetholum. Verbum. inuenisse. detrahen  
 dum, ex Archetypo Toletano. **¶** Syros. Phœnicas balistam & fundam. Scri  
 be coniunctim, Syrophœnicas. tum ex vetusto vtroq; codice, tum ex geogra  
 phis. Mentio & in sacris literis mulieris syrophœnicissæ. **¶** Aruspicium Del  
 phus. Auruspiciam Delphus. Tolet. exemplar. **¶** Ignispicia Amphiaras. Au  
 spicia auium Tiresias thebanus. Verbum, auspicia, desideratur in vtroq;  
 exemplari. Reliqua sic lego. Ignispicia amphiaras aut Tiresias. Nam si au  
 spicia tribuas Tiresiæ, discordabit Plinius a se ipso, supra enim auspicia assi  
 gnauerat Cari. **¶** Cithara sine voce. Citharam accusandi casu, vetusta exem  
 plaria. **¶** Post eum Theseus in Isthmo. Legendum opinor Sisyphus in Isth  
 mo non Theseus, auctore Pindari enarratore in argumento Isthmiorum,

cas. hē.

cas. nō hē  
sed alia ma  
nū ambages.

cas. ipsa prius  
iūta mentitur.

cas.

cas.

cas. ac duplicat  
obitu dolere &  
post futuri æsti  
matione inuenit.

cas. at quāto facilius  
certiusq; sibi credere  
speciem securitatis  
antegenitali sumere  
experimento.

cas. marculum. expe  
rim.

cas.

cas. sutrinam  
boethius.

cas. sui  
thim.

cas.

cas.

cas. hē.

cas.

cas. aruspici

cas. hē

cas.

cas.

cas. Oppidū coropis ad se  
appellatur coropiam que  
nunc est euharathenes.

¶ Gyges lydius. Archetypum Toletanum, Cynges luctus, vt forte scribi posset Cynges lyctius, ab vrbe lycto. ¶ Hippagum Salamini, aut Pericles atheniensis. Ambo exemplaria. Hippagum Damias, aut Pericles atheniensis. Hippagine has vocat festus, quibus equi vehantur, quas inquit græci hippagus vocant, Hippagogus appellat Aristophanes eiusq; expositores in comoedia hippis. Suidas quoq; hippagogus. Quid vero in hoc loco sibi velit Hermolaus minime intelligo. ¶ Rostra addidit Piseus. Tyrhēni anchoram. Eupalamus eandem bidentem. Anacharsis harpagonas &c. Præpostera pūctorum interlocutio, & lectionem, & sensum & rerum fidem deprauauit, nō nullosq; nostræ ætatis doctos alioqui viros in errorem inuenit. Scribendum igitur sic. Rostra addidit Piseus Tyrrenus. Anchoram Eupalamus. Eandem bidentem Anacharsis. De Piseo enim tyrreno hoc ipso capite supra Plinius. Bicipitem autem anchoram ab Anacharsi inuentam, auctor est Strabo libro septimo. ¶ Harpagonas & manus Pericles atheniensis. Si sic legatur duas res esse quispiā putabit, cū vna tātum sit. Curcius lib. iiii. Omnia belli apparatus strepunt. Ferreæ quoq; manus (Harpagonas vocant) quas operibus hostium niicerent, coruiq; & alia tuendis vrbibus excogitata præparabantur. Proinde lego hic. harpagonas aut manus. ¶ EX CAPITULO. lx. Cum curio inter rostra & græcostasin prospexisset talem solem. Ambo exemplaria. cum auguria inter rostra & græcostasin prospexisset solem. Scribo. cum a curia inter rostra & græcostasin prospexisset solem. ex Varro ne qui ante curiam hostiliam statuit rostra. ¶ A columna ænea. Apographū Toletanum. A columna Menia, recte. Sex. Pompeius. Meniana inquit appellata sunt a Menio censore, qui primus in foro vltra columnas tigna proiecit, quo ampliarentur superiora spectacula.

cas. Pygmalidius

cas. hippo damiam  
ut pericles.

cas. tyrrenus.

cas.

cas.

cas. prospexisset  
solem ac lunam me  
nia ad curiam.

¶ EX LIBRO OCTAVO.  
CAPITE SECVNDO.



VOSDAM INCONDITOS MO.

tus ædidere saltantium modo. Exemplar Salmanticense quosdam etiam inconditos motus &c. Toletanum, quo etiam inconditos meatus ædidere.

¶ Aut lasciuiente pernitate colludere. Apographon Toletanum, aut lasciuiente Pyrrhice collidere. ¶ EX CAPITULO. iij. Spacio procul pontis a

continente porrecti, conuerte ordinem verborum, spacio pontis procul a continente porrecti, ex eodē.

¶ EX CAPITULO. iiii. Iras proflare, nec calcare, sed erutum proximo tradere. Constantius fanen-

sis non erutum hic sed cretum scribit, sensum plinianis verbis accommodas parum vt sentio congruentem, cum tamen & romana & cætera impressa exemplaria, & Salmanticensis item codex erutum habeant. Hermolaus quoq; erutum, propius veram lectionem, sed sensu inepto & falso, Apogra. Tolet, exi-

cas.  
Locus memorandus,  
emendatus  
& expositus  
contra constantium fanensem.  
cas.  
Hermolai  
sensus ineptus  
& falsus

EX LIBRO

mie hic vt in plenisq; omnibus, derutum, agnoscit. Petendusq; est sensus horum verborum ab Aeliano libro de natura animalium primo, vbi de Elephatis ad huncmodum differit. Tum etiam sagacissime odorantur, tum acerrimis sensibus existunt, tum vero ex his partim antegredientes, partim subsequentes ordinatim eunt. Atq; horum primus narium sagacitate herbam ante pedes suos positam, sentiens humanis vestigijs esse transitam, eam euellit, & ei qui a tergo proximus odorandam tradit, Is rursus alteri qui post eum stat, ac deinceps per omnium quasi manus sagaciter contrectatur, quoad ad illum ipsum qui extremum agmen ducit, peruentum fuerit. Is simulac olfecerit, barritum vastum ædens, quasi signum ad fugam dat. ¶ Sic & tigris etiam feris cæteris truculenta, atq; ipsa elephantum quoque spernens vestigia, homine viso transferre dicitur protinus catulos. Opportune hic rursus subuenit exemplar Toletanum. Sic & tigris etiam feris cæteris truculenta, atq; ipsum elephantum quoque spernens, vestigio hominis viso, transferre dicitur protinus catulos. ¶ Sed vnde sciunt timendos esse. Commodius in eodem, sed vnde sciunt timendi esse. ¶ Immo vero cur vel sæpius conspectum pauent, verior eiusdem lectio. Immo vero cur vel ipsum conspectum pauent. ¶ EX CAPITE. v. Initur autem biennio Scribendum videtur, Initur a triennio, hoc est post triennium exactum, ex Aristotele volumine de historia animalium quinto, capite .xiiij. Coitum inquit triennio interposito repetit. Nec me fugit in solino biennio etiam legi. ¶ Ac nequis vulgariter electam putet, miretur gratam Aristophani &c. Apographum Toletanum, miretum gratam Aristophani &c. ¶ EX CAPITE. vi. Centum quadraginta duo fuere. Adde ex utroque exemplari, aut vt quidam centum quadraginta. Sic capite sequenti. Pugna uere in circo, xx. aut vt quidam tradunt, xvij. Verum de numero horum elephantorum parum sibi auctores constant. Liuius in epitome libro, xix. cxx. fuisse tradit. L. florius libro secundo Centum circiter asserit. Paulus Orosius libro quarto, c. iiii. Entropius, cxxx. Seneca in libro de breuitate vitæ, cxx. cum Liuius. ¶ Nec quid deinde his actum sit auctores explicant qui non putant interfectos. Scribendum reor. Nec quid deinde his actum sit, auctoris explicat, qui non putat interfectos. Postrema tamen quattuor verba suspicor non esse pliniana. ¶ EX CAPITE. vii. Pugna uere in circo, xx. aut vt quidam tradunt, xvij. Scribo, aut vt quidam tradunt, xvij. Seneca in libro de breuitate vitæ. Num & Pompeium primum in circo elephantorum duo deviginti pugnam ædidisse, commissis more prælij noxijs hominibus, ad vllam rem bonam pertinet. ¶ Eodem quo priores numero peditum. Scripta lectio, eodem cum priore numero peditum. ¶ Ideoq; gregatim semper ambulent. Toletanum exemplar, hinc congregatim semper ambulent. Salmanticense, idq; cum gregatim semper ambulent, proba lectione. ¶ Ac velut imperio ac ratione per vices subeunt. Ambo exemplaria scripta, & Romana ac reliqua omnia excusa, non ac ratione, habent sed aut ratione. Neutra mihi vnquam lectio satisfecit. Perspecto itaq; diligentius loco legendum arbitror ac velut

cas.

Pulcher  
locus.

cas. timidos.

cas. nihil  
conspicuum.

cas.

cas.

Elegans  
locus.

cas. hinc cas.

cas.

cas.

cas. eodem  
priori.

cas. idq; congrega  
tim

cas.

Locus egre  
gius.

imperio auctorati, onus per vices subeunt. Toletanum tamen Archetypum non subeunt, sed subeuntes præfert. ¶ **EX CAPITE. viij.** Protinus cæteri congerunt ramos, moles deuoluunt. Idem Archetypum, Protinus cæteri congregantur. Ramos, moles deuoluunt. ¶ **Omniq; vi conatur extrahere.** omnesq; conantur extrahere, in eodem. ¶ **Antea domitandi gratia greges,** equitatu cogebant in conuallem. Scribo contra omnia exemplaria. Antea militandi gratia, reges equitatu cogebant in conuallem. Probant fere hanc correctionem verba quæ infra habentur capite, x. Domiti militant, & turre armatorum in hostes ferunt. Est igitur increpatio morum, antea militandi gratia, nunc dentium, ad delicias. ¶ **Cuius inclusos ripis fossisq; fame domabāt.** Lego euripis, non ripis, vt capite præcedente. Qua de causa Cæsar dictator postea simile spectaculum æditurus euripis arenam circū dedit. ¶ **Dextra cædit ac præacuta bipenni.** Superfluit conuinctio, ac. ¶ **Pari conatu tendunt,** contendunt vetus lectio. ¶ **EX CAPITE. ix.** Domantur autem rabidi fame & verberibus, elephantis alijs admotis Iterum mihi cum Constantio fanensi negocium est. Is in sua centuria, non elephantis alijs legendum in Plinio affirmat, sed elephantarchis. Cui vt non assentiar sunt causæ, tum quod omnis vetus & recentior lectio refragatur, tum quod in superioribus bis mentione facta rectoris, non elephantarcham, sed rectorem appellauit. Deinde quod sicut in captura mansueti adhibentur ad verberandos feros vt proximo capite relatum est, & confirmant Aristoteles. Strabo. Aelianus. sic rationi consentaneum videtur, vt in domitura eadem vtantur arte, qui illos mansuefaciunt. Accedit nouissime Aristotelis auctoritas qui eos ita domari prodit libro sexto capite, xix. Elephāti inquit ad coitum efferari solent, quam ob rem apud indos his haudquaquam initum permitti aiunt, libidinis enim rabie agitati casas prosternunt male conditas, pluraq; alia incommoda faciunt. Mitigari pabuli copia narrantur. Plagis etiam temperant, adductis alijs quibus ferire præcipiunt. ¶ **EX CAPITE. x.** Semel gignere pluresq; hæc verba desunt in Toletano apographo. ¶ ~~Vainas excelsiores fronte~~ prosternunt. In eodem fractu legitur non fronte, vt forte scribendum sit, frictu. ¶ **Hoc illis pro cauda, pro iuba, pro villo est.** Scribe, hoc ijs pro cauda iuuamen est, reliqua redundant, ex eodem. ¶ **Et deorum simulacris laudatissima ex his materia, laudatissima ex his materia exemplar Salmanticense.** ¶ **Inuenit luxuria commendationem & aliam, expetit in callo manus vim saporis.** Lego, Inuenit luxuria commendationem & aliam, expetiti in callo manus saporis, ex Apographo Toletano. In quo dictio, vim, non habetur. ¶ **EX CAPITE. xj.** Tantæ magnitudinis vt & ipsos circūflexu facili ambient, conuertere verba, tantæ magnitudinis & ipsos, vt circumplexu facili ambient. Circumplexu enim legunt non circūflexu ambo exemplaria, & sic esse legendū Plinius ipse paulo post ostendit, cum dicit, victusq; corruens complexum elidit pondere. Item pro verbo illo, facili, in eisdem faciunt, habetur, vt non absurde fasciatim pro faciunt substituere posses. ¶ **EX CAPITE. xij.** Mira

cas.

cas.

cas.

cas. regis equitatu.

cas.

cas. cas.

cas.

Cōtra constantiū fanensem.

cas.

cas.

cas. hor hij p munda uba p uillo &amp;.

cas.

cas.

cas.

cas.

animalium pro se cuiusque præcipua solertia est. Adde particulam, quæ præcipuaque solertia est, ex eisdem. In toletano tamen verba illa, pro se cuiusque, non leguntur. **¶** Vt ijs vna scandendi in tantam altitudinem difficultas. Draco itaque. Idem exemplar non draco præfert, sed draconi. Totum ergo hoc cæsum aliter lego & interpungo, ut his vna, scandendi in tantam altitudinem draconi. Nam verbum, difficultas, adiectitium ut puto, sensum alioqui perspicuum conturbat, difficileque reddit. Posset etiam non absurde legi, ut ex imo scandendi &c. **¶** Itaque iter ad pabula specularis. Exemplar Salmanticens. Itaque ut tritum iter ad pabula specularis, ut libro nono de delphinis. Diuo autem Augusto principe Lucrinum lacum inuectus, pauperis cuiusdam puerum ex Baiano Puteolos in ludum litterarum itantem. **¶** Paria componentis. Apographon Toletanum componentem non componentis, quod si admittimus, naturam scribendum habebimus non naturæ. Nam & Salmanticensis codex natura legit non naturæ. Et in eodem ac romana impressione, spectaculum sibi ac paria, habetur. **¶** **EX CAPIT E.** xiiiij. **¶** Aluntur primo bubuli lactis succo. Vtrumque exemplar non primo sed tritimo agnoscit hoc est trienio, quam recte, libera sit æstimatio. **¶** **EX CAPIT E.** xv. Præterea Alcem Scribo cum, m. Alcem, est enim a recto, Alx, ut monstrant Cæsar sexto commentariorum & Solinus capite, xxij. **¶** Multis tamen narratam Machlin. Exemplar Toletanum Achlin legit non Machlin. **¶** Alias velocitatis memoratæ, melius memoratæ. **¶** Labrum ei superius prægrande. Ob id retro gauditur in pascendo, ne in priora tendens inuoluatur. Hæc verba non ad Machlin attinent sed ad Alcem, si Solino credimus, capite, xxij. Itaque illuc transferri debent, ubi paulo ante de Alce agebatur. Legendum itaque hoc pacto. Præterea Alcem ni proceritas aurium & cervicis distinguat iumento similem. Labrum ei superius prægrande &c. **¶** Reddentem ea fimum interdum & trium iugerum longitudine. Aristotelis a quo locus hic tralatus est verba sunt ex libro nono capite, xlv. de Bonaso. Cum percussus contigit, nulli a fatigatus nunquam consistit. Repugnat calcitrans, & proluuiem alui vel ad quattuor passus proiciens, quo præsidio facile utitur, & plerumque ita adurit, ut pili insectantium canum absumentur. Ex his Aristotelis verbis planum fit, non trium apud Plinium legendum esse sed quattuor. De cætero discrimen tralationis inter plinium Theodorumque attulit ambiguitas verbi græci, orgyia, quod tum iugerum significat, tum etiã passum vlnaque. Plinio prior significatio magis placuit, Theodoro posterior. Cui subscribunt (modo non sit mihi fraudi inconditos & barbaros scriptores interdum citare) Albertus magnus libro de animalibus octauo capite primo tractatus, v. & Auicena libro etiã octauo capite septimo. Aquibus in hac parte (quod cum bona Plinii venia dictum sit magis sto, quã ab ipso Plinio, tanto alioqui inter illos Pliniumque interstitio, aut potius Chao. **¶** **EX CAPIT E.** xvj. Magna secuturus in parte. Apographon Toletanum, magna secuturus ex parte. **¶** Ac per annos singulos vno minus, ac per annos singulis

Plinij error.

cas. singulos minus ab uno

minus. Apographo idem. ¶ Nec capiente alio. Adde. auiditatem. nec capiēte auiditatem alio. ex eodem. ¶ Ut si fugiendum sit nō in facietatem abeat. Idem. aut si fugiendum in facietate habeant, eximie. Quidam scribunt. vt si fugiendum sit non facietate habeant. quæ lectio & si non displicet, non tamē perinde atq; superior placet, quam & Solinus confirmare videtur capite. xxix. his verbis. Tum quod carnes iusto amplius deuoratas cum grauant, insertis in ora vnguibus sponte protrahunt. Sane & cum fugiendum est in facietate, idem faciunt. ¶ Quod pleriq; dentibus defecti reperiuntur. Aristoteles libro .ix. capite. xliiij. de Leonibus loquens, viuere ait annos multos putantur. & quidam qui captus est claudus dentes complures fractos habebat. quo argumento quidam leonum vitam longam esse existimarunt. haud enim hoc accidere nisi longo tempore potuisse. Ex his Aristotelis verbis censeo hic scribendum non pleriq; sed plerisq; nec defecti, sed defractis. ¶ In viros priusquam in foeminas. Scribo. in viros potius quam in foeminas. ex vtroq; exemplari. ¶ Credit libya intellectum peruenire ad eos precum. locutio quidem hæc vsitata Plinio, vt hoc ipso volumine capite. xxxvj. Cerebro veneficium inesse hispaniæ credunt & alias sæpe. Nihilominus subdubito num hoc loco non libya scribi debeat. sed iuba. vt supra capite. xiiij. Id mirum vnde cristatos iuba crediderit. Item Solinus capite. xxix. Iuba in Plinio videtur legisse non libya. Sic enit ait. Gætulæ etiam mulieris nomē Iubæ libris comprehensum est. quæ obtestata occurfantis feras, impune redijt. Hoc si recipimus, legendum erit paulo post. audiuit. non audiui. vt ad eundem iubam referatur. ¶ Ac cæteris imperantis. Scribo. ac cæteris imperitantis. ex vtroq; exemplari. vt infra capite. xxxviii. quo gustato tanta illa vis est, vt cæteris quadrupedum imperitans illico expiret. ¶ Immota ergo placidus. clemens. blandientiq; similis. quod rarum est. crebrior enim iracundia eius. In principio terra verberatur. Castior multo ac verior lectio nostratum codicum. Immota ergo placido. Clemens blandienti. quod rarum est. crebrior enim iracundia. Cuius in principio &c. ¶ Cogiturq; non tanquam periculo coactu. sed tanquam amentia iratus. Verba haud dubie adulterina & falso plinio ascripta. alicuius opinor æditui. cuculati ve. Mire enim huiusmodi notæ homines homœoteleutis istis gaudent. ¶ Et vbi videri potest. melius Toletanum Apographon. Et vbi spectari potest. ¶ Eum vero qui tela quidem miserit. sed tamē nō vulnerauerit. corruptum raptatūq;. telum non tela. & rotatum nō raptatum. vtrūq; exemplar. ¶ Tum pene in ipsis eius telis suspectantem. Locus ex corruptissimis historix naturalis. Vt cūq; aptiorem lectionem existimamus si sic scribatur. Tum poenæ vim. immensis euulabibus testantem. ¶ Dum fortuitu fidens non est contra feram. Par deprauatio cum priore. Minus male legetur. diu cōtuitus. videns os. it contra feram. vel sic. diu contuitus. fidentior it contra ferā. ¶ Degressus tandem euellit prebenti. forte. Aegre os tandē euellit præbenti. ¶ Qd ab eo facto græci. Scribo. quod ab effectu græci. ¶ Cechenotos neon Dionysu. Si sic legas. videtur mihi. parum congrue hiatum ægrotantis feræ ad

Cass.

Cass. aut si fugiendus in facietate hât.

Cass.

Cass. in craso.

Cass.

Cass. ceterisq; imperantis.

Cass.

Cass.

Cass.

Cass.

Cass.

Cass.

Cass. caeteros neon Dionysu.



deum transferri. Et Toletanum quidem Apographon Echenotar Dionysu, Salmanticense acchenotos habet, vt si diuinandum est malim legere Archenostu neon dionysu, seu Archenosto dorice, hoc est principis auctorisq; reditus. **EX CAPIT. xvij.** Sese cōflictantem mœrore, adde particulā, q; ex vetere lectione, seseq; conflictantem mœrore. **¶** Pauensq; serpentis naturam & magnitudinem metuens. Scribendum parens non pauens, ex ytroq; exemplari. **¶** Cuiusq; generis color est, vnicuiq; generi color est. Apographo Toletanum. **EX CAPIT. xviii.** Ocyor acta remeat, remittit non remeat, præfert idem exemplar, hoc est restituit, reponitq; catulum in cubili. **¶** Donec in nauem egresso, donec in nauim regresso, vetus lectio. **¶** Quod illi bina habent tubera in dorso, hi singula, & in pectore alterum. Ambo codices, quod illæ bina habent tubera in dorso, hæ singula, & in pectore alterū. Quam lectionem si admittis, scribes paulo ante. Quarum non Quorum, & non ita post, quædam & centenis. **¶** Velocitas inter equos, legendum reor, Velocitas nisæorum equorum, Aristoteles libro, ix. capite yltimo. Currunt cameli celerius quam equi Nisæi. Sic enim rectius dicentur quam nysani vt Theodorus vertit, De Nisæis equis præter Aristotelem, Herodotus Strabo. Oppianus &c. **¶** Sed suā cuiq; mensura sicuti vires, nec vltra assuetum procedit spaciū, nec plus instituto onere recipit, antiqua lectio, sed suæ cuiq; mensuræ sicuti vires, nec vltra assuetum procedunt spaciū, nec plus instituto onere recipiunt. **¶** Obturbata cōculcatione prius aqua, proculcatione yterq; codex, quod & melius multo. **¶** Quidam & centenis, quædam, ijdem, vt dictum est. **¶** Vt cūq; rabiē & ipsi sentiunt, ipsæ non ipsi Apographon Toleta, vt iam sæpe testatum est, Et paulo post, Harum, non Horum, semper genere foemineo. **¶** Quare etiam ouis feræ nomen inuenit, Exemplar idem, ouis feræ, figura composita, rectius. **EX CAPIT. xxi.** Indicos boues vnicornes tricornesq; Scribendum puto, Indi equos vnicornes, tricornesq; Nam dictionem, boues, adiectitiam putamus, Paulo enim post boues indicos reddit, De equis autem indicis, Strabo libro xv, Equos ibi vnicornes esse, ceruinis capitibus &c. **¶** Leucrocutam perniciosissimam feram, Quid si legas Leocrocutam, quasi compactam ex leone & crocuta, Sequitur enim, collo, cauda, pectore, leonis. **¶** Cruribus ceruinis, Scribo Clunibus ceruinis, ex ytroq; exemplari & item Solino Capite, liij. Astipulante etiam romana impressione. **¶** Capite melium, Legendum videtur, capite camelino, ex eodem Solino capite eodem, Vtitur etiam hac possessiui forma libro, xj, capite, xlix. **¶** Colore nigro vel fuluo, duæ vltimæ dictiones videntur superfluere, ex Solino eodē, & eodem capite. **¶** Tauros syluestres maiores aggregibus, potiolem lectionem ducimus, aggregibus aut si mauis congregibus, quam agrestibus, Nā differentiam inter syluestres & agrestes tauros non satis intelligo. **¶** Velocitate ante omnes, ante aues, nō ante omnes legendū colligitur ex Solino capite liij, si castigatiora ipse quam nos nactus est exemplaria, Alioqui quantū fidei homini habeamus, supra testati sumus, **¶** Quam maticoram appellat, Scribo

Scribe cum aspiratione in tertia. Mantichorā, ex Aristotele lib. ij. capi. j. & itē ex veterē lectione. ¶ Sed celsus & erectus in medio incedens. Lēgo a medio, nō in medio. Solinus cap. xxix. cū mouetur, mediā corporis parte serpit, mediā arduus est & excelsus. ¶ Inijciunt eas cauernis, facile cognitis sola tabe. Apog. Tol. facile cognitis soli tabe, eximie. Solinus cap. xxix. nec hominū tantū aliorū ve animalū exitio datum, sed terræ quoq; ipsius, quam polluit, & exurit, vbiq; ferale fortitus receptaculum. ¶ **EX CAPITĒ. xxij.** Et cum tranare. Apog. Toleta. transnatare, & paulo post. & cum transnatauerit. ¶ Itaq; Agriopas qui olympionicas scripsit. Nostra ambo exēplaria. Ita Copas qui olympionicas scripsit. ¶ Narrat Demænetū Parrhasium. Scribendū non Demænetum, sed Damarchum, ex Pausania in Eliacis ad verbum. Exēplaria quoq; nonnulla paulo ante impressa, Damarchū legunt non Demænetum. ¶ Nullū omnium præstantius. Vetus exemplaria, nullum hominum præstantius. Legēdum reor homini, aut certe omnino. ¶ **EX CAP. xxij.** Quod ad serpentes attinet, vulgatum est colores earū plerasq; terras habere in quas occultentur. Ambo codices ad veram lectionem propius accedentes, sic habent. Quod ad serpentes attinet vulgatum est colorem eius plerasq; terras habere in qua occultentur. vnam tantū literam si mutaueris, & terræ pro terras scribas, verissimam elicies scripturam. Docente id Nicadro in Theriacis, tradente accidere quod hic prodit Plinius serpentibus sepedoni & Sepi. Scribit hoc ipsum & oppianus de leporibus, libro Cynegeticon quarto. ¶ Geminū caput Amphibenzæ hoc est & ad caput & ad caudam tanquā parum esset &c. Apog. Toleta. Geminū caput amphibenzæ hoc est & a cauda, & tanquā parū esset &c. Reliqua redundant. ¶ **EX CAP. xxiiij.** Habet deinde interneciū bellū. Verbū hēt superuacaneū est. ex vtroq; exēplari. repetendū. n. verbū dedit. qd paulo ante præcessit. vt sit. Dedit deinde interneciū bellū &c. ¶ **EX CAP. xxv.** Inuitat ad hiādū. Inuitat ad hiatū. vet<sup>9</sup> lectio. ¶ Quin & gens hominū est huic beluæ aduersa. Scribendū reor. Quin & genus hominū est huic beluæ aduersum. Nō sum oblitus Virgiliani carminis in. viij. gens q; virū truncis & duro robore nata. Permissum illud poetis fuerit, qui muscarū etiā & apū gentē appellāt, non ideo & oratoribus. Deniq; Plini<sup>9</sup> ipse paulo post ostēdit quomō hic loc<sup>9</sup> sit legēdus, cū dicit. olfactuq; eius generis hominū vt Psyllorū serpētes fugantur. ¶ Tentyritæ ab insula in qua habitāt appellata. Scribo. Tentyritæ a Tetyri insula in qua habitāt appellata. ex vtroque exemplari. ¶ **EX CAPITĒ. xxvj.** Exit in littus recentes harundinum cæsuras perspeculatus. Apographum Toletanum exit in littus recenti harundinum cæsura. specularum. ¶ **EX CAPITĒ. xxvij.** Mustela rita in murium venatu Scribendum censeo. rutæ, vt repetatur pastu. Aristoteles libro nono capite sexto Mustela quoties cū serpente dimicatura est rutā comedit, odor enim eius herbæ, infestus serpētibus est. ex quib<sup>9</sup> Aristotelis verbis videtur legendū hic nō muriū, sed anguiū. Certe romana exēplaria sic habent, Alioqui scribi posset, nō in muriū venatu, sed in muriū venantes,

cas

cas.

Loc<sup>9</sup> amce  
nus.

cas.

cas. et postea tranataurrit.

cas.

cas.

cas. enū et terrenā  
m demsa charta.Locus exis  
mius.

cas.

cas. hī.

cas.

cas.

cas. i spō mlo i mīro  
msula m quo habitat

cas. et specularis.

cas. mustela spīlū i  
muriū venatu

aut in murium venatores, ut sic Plinius vertat latine, quos citato loco Aristoteles myotheras appellat. Quin & mustela inquit prudenter capere aves videtur, iugulat enim quas cepit ut lupus ouem. Serpentem quoque impugnat, eum precipue qui mures venatur, videlicet ea causa, quia etiam ipsa mures persequitur. Hæc Aristoteles. Præterea quæ potest esse dimicatio mustelæ cum muribus, serpentes quoque debellanti. Sed ut ad priorem castigationem redeam, Si ruta legas sensum obscurabis. Nam ambiguum erit pastu ne an frictione & contactu refoueat vires. Ob id, quod sequitur, ciconia origano, recte auferendi casu expressum est. Neque enim origani pastu ciconiæ & aliæ volucres medentur vulneribus in dimicatione acceptis, sed applicatu eius herbæ ad plagam, auctore Aristotele loco prædicto. ¶ **EX CAPIT. xxvii.** In Thracia locis rigentibus & vulpes animal alioqui solerti auditu amnes gelatos lacusque non nisi ad pastus ituræ redituræque transeunt. Obseruatum eam reliqua. Sensum pulcherrimum verba vitiatissima adumbrant, neque sinunt percipi ad plenum. Ambo exemplaria, verba illa, non nisi ad pastus ituræ redituræque, aliter legunt, utputo recte, non nisi ad eius itum reditumque. Beneficio igitur scriptæ lectionis, totus hic locus sic restituetur. In Thraciæ locis rigentibus & vulpes, animal alioqui solerti auditu. Repetendum hic artem periculis fecit. Tum sequitur. Amnes gelatos lacusque non nisi ad eius itum reditumque transeunt. Obseruatum eam, cætera. Confirmat hanc correctionem Plutarchus in libro cui titulum fecit, vtra animalium sagaciora aquatica an terrestria, vbi multis verbis persequitur quod hic Plinius paucis complexus est. ¶ **EX CAP. xxx.** Huius generis coitu leæna æthiopica parit Crocutam. Nulla ratione defendi potest. crocutam. Nam cap. xxj. ex canelupoque crocutas concipi tradit. confirmaturque auctoritate Strabonis lib. xvj. hic vero ex hiæna leænaque æthiopica. Itaque ne a se ipso dissentiat Plinius, comodius legetur leocrocutam quam crocutam. Nam leocrocutam voces humanas imitari superius scripsit, & ite dentiū loco os habere perpetuum, quam duplicem naturam hic repetit. Sed repugnat, tum auctoritas Solini cap. xxix. tum quod Plinius indicat animal supra fecit leocrocutam non ut hic æthiopicum. Apog. Tol. Corocotiam legit non crocutam, ut forte animal sit diuersum Corocotia a Crocuta. Non placet hoc nimis, nec item nimis displicet. Ita ad Aristotelicum in ambiguis remedium confugiendum erit, ut Consideretur melius. ¶ **Acies ei perpetua in vtraque parte oris nullis gingiuis.** Legendum opinor. Acies ei perpetua in vtroque orbe, oris nullis gingiuis. Solinus. Capite. xxix. Nunquam conuiuet aciem orbium, sed in obtutum sine nictatione contendit. In ore gingiua nulla. ¶ **Alias animal horredi morsus, arborem iuxta flumina ut ferro cædit.** Hominis parte comprehensa, non ante quam fracta concreuerint ossa morsu resoluit. Locus inter cæteros huius operis insigniter vitiatus, ac prope proclamatus, qui si opera mea non fuerit in integrum restitutus, elegantiorē tamen habitum utputo assumet. Scribo igitur sic. Latax animal horredi morsus, arbores iuxta flumina ut ferro incidit. Homine Lutra comprehenso non ante quam fracta concreuerint ossa morsu resoluit. Aristotele, lib. viij, cap. v. Sunt inter quadrupedes

cap. Intra locis rigentibus.  
Vulpes animal alioqui  
solerti auditu (omnes  
gelatos lacusque non  
ad eius itum reditumque  
transeunt. obseruatum eam.

cap. crocuta

cap.

cap.

Locus egregius.

ferasque quæ victum ex lacu & fluuijs ferant. At vero a mari nullum, præterquam vitulus marinus. Sunt etiam in hoc genere fiber, Satherium, Satyrîum, Lutris, Latax, quæ latior lutre est, dentesque habet robustos, quippe quæ noctu plerumque egrediens virgulta proxima suis dentibus vt ferro præcidit. Lutris etiam hominem mordet nec desistit vt ferant nisi fracti ossis crepitum senserit. Hæc Aristoteles, a quo tamen longissime abeunt quæ subijcit Plinius, vtrique molliorem pluma esse pilum. Nam Lataci Aristoteles eodem loco pilum esse tradit durum, specie inter pilum vituli marini & cerui. Nisi quis dicat non vtrique scribendum in Plinio, sed lutræ. Lutrae præter alios & Athenæus vndecimo & herodotus primo meminere. ¶ **EX CAPITE, xxxj.** Eosdem pestiferi in græcia morsus, innoxios esse in Sicilia. Immo e contrario scribendum videtur verbis permutatis. Eosdem pestiferi in Sicilia morsus, innoxios esse in græcia. Aristoteles in libro de admirandis auditionibus. Et in Sicilia autem aiunt & in Italia stelliones letali esse morfu, non sicuti nostrates. ¶ **EX CAPITE, xxxij.** Quam quæ secretæ & feris opportunæ, Apographon Toletanum, quam secreta & feris opportuna. ¶ Illis imbui lactis primos volunt succos. Legendum reor, Illius imbui lactis primo volunt succo. Nam Salmanticensis codex, primo habent non primos. ¶ Maria tranat gregatim nantes. Archety, Tol., Maria tranant gregatim natantes. ¶ Sed & hi bono suo inuidentes, Scribo alterutro modo, aut expuncta particula, Sed, & ipsi suo bono inuidentes, aut certe, sed & ipsi bono suo inuident. ¶ Dextrum cornu negant inueniri, Solinus, dextrum quoque cum suo Plinio, Sed magis est vt sinistrum legatur, Aristot. lib. ix. cap. vj. Fertur autem sinistrum cornu a nemine vnquam visum, abscondi enim ab his tanquam medicam quandam vim habens. Sed quoniam idem Aristoteles in libro de admiranda auditione, Epiri ceruas dextra cornua defodere ait, videtur Plinius aut quiuus alius lapsu memoriæ quod est proprium ceruarum epiri, ceruis omnibus tribuisse. ¶ Accensis autem vtriuslibet odore serpentes fugantur, & comitiales morbi deprehenduntur. Duo illa verba, serpentes fugantur, in neutro exemplari habentur, non male, nam eius rei paulo post fit mentio. Reliqua in eisdem sic leguntur, Accensi autem vtrius collibeat odore, & comitiales morbi &c. ¶ Erumpunt autem renascetibus tuberibus. Apog. Tole. Erumpunt autem nascetibus tuberimus. ¶ Eadem tenentis increscunt. Idem exemplar, Eiusdem generis increscunt. ¶ Fuit aliquando & candido colore. Vetus lectio, Sunt aliquando & candido colore. ¶ Et his est cum serpente pugna. Inuestigat cavernas. Verbum est, demendum, & vestigat legendum non inuestigat, ex Archety, Tol. ¶ Quasdam non principes foeminas. Idem exemplar, Quasdam modo principes foeminas. ¶ **EX CA, xxxij.** Et spina simili modo. Eminent rostrum vt in paruo haud absimile suillo. Verbum, eminent cum minore littera scriptum superioribus annecte, Aristot. lib. ij. cap. xij. & spina erigitur æque vt in piscibus. Reliqua sic legenda sunt. Rostro vt in paruo haud absimili suillo. Porro in impressione Romana & plerisque alijs, vt in paruo sit, legitur. Existimo igitur hunc locum truncatum, sic posse in priorem, aut priori

cas. utiq; mollior  
pluma pilus

cas. eisdem positi  
sunt in græcia  
morsus de in Si  
cilia.

cas.

cas.

cas. et nantes

cas.

cas.

no hie cas. sed  
accensis autem  
vtriuslibet odore  
et comitiales morbi  
ca.

cas.

cas. cas. fit aliquando et can  
dido colore.

cas. no hie est. et inuesti  
gat no uestigat. cas. ii.

cas. ut in paruo  
sit haud absi  
mili suillo.

propinquum statum reponi. Rostro (vt in paruo) simiæ haud absimile suil-  
 læ. Aristot. loco prædicto. Rostrum simiæ porcariæ simillimum. ¶ EX CA-  
 PIT. xxxiiii. Habitum non coloré mutat. Falsum hoc est, si Aristoteli plus  
 fidei quam Plinio habetur. Is libro. ix. capi. xliii. mutari ait colorem a Thoe,  
 vt a quibusdam alijs generibus, piscium, quadrupedum, auium. ¶ Per hie-  
 mes hirti æstate nudi. Ex eodem Aristotele sumptum hoc capite eodem. Cu-  
 ius verba Theodorus maxima plinianarum vocû lauerna, sic vertit, atq; æsta-  
 te nudi, hieme hirti redduntur. Sed pensitandum an verbum græcum li &  
 si aliquñ nudos significat, melius hic versum esset. læues, terfi, nitidi. ¶ Sed cū  
 libuit sui coloris esse, asini similis est. Videtur Solin⁹. vrsini legisse in Plinio  
 nō. asini. Eius verba capite. xxxij. Mittit & tarandum, boum magnitudine,  
 b. sulco vestigio, ramosis cornib⁹, capite ceruino. Vrsino colore, pariter & vil-  
 lo profundo. Cæterum prædictorum plinij verborum ordo luxatus sane est,  
 debentq; subijci illis quæ paulo post sequuntur. Colorem omnium arborū,  
 fruticum, florum, locorumq; in quibus latet, reddit metuens, ideoq; raro ca-  
 pitur. Sed cum libuit sui coloris esse vrsini similis. Postremum autem verbū.  
 est, in neutro exemplari legitur. ¶ Locorumq; reddit metuens in quibus la-  
 tet. Scribendum quo dixi conceptu, locorūq; in quibus latet reddit metuens.  
 ¶ Mirabilius & villo, mirabilius est & villo, vet⁹ lectio. ¶ EX CAPITE.  
 xxxvj. Eorum coitus hiemis initio Aristoteles libro. vj. capite. xxx. coire vrsos  
 tradit mēse elaphibolione. Theodorus februaryarium vertit. Si igitur Theodo-  
 ri tralationi credimus, in re presertim peculiaris illi commentationis male hic  
 plinius coire hiemis initio vrsos scribit, cum februaryarius finis sit hiemis, non  
 initium, Varrone auctore libro primo de re rustica capite. xxviiij. Et Sane ma-  
 ior animalium pars in venerem excitatur appetente vere, teste Aristo. lib. v. de  
 histo. anima. capite. viij. ¶ Nec quicquam rarius quam parientem videre vrs-  
 sam. Exemplar Salmá. & pleraq; excusa, nec quicquam rarius homines quā  
 parientem videre vrsam. Vera porro sit an falsa hæc Plinij traditio mihi sane  
 haud liquet. Fides penes Plinium venatoresq; esto. Nos quod sentimus libe-  
 remore nostro promemus. Putamus igitur Plinium male græca Aristotelis  
 verba accepisse. Neq; enim Aristoteles raram esse visu parientem vrsam vspiā  
 tradit, sed difficilem esse captu prægnantem vrsam scribit libro sexto capi. xxx.  
 Cuius verba sic Theodorus trāstulit. Grauidam capi vrsam difficile est. Rur-  
 sus libro octauo capite. xvij. Foetu grauida vrsa vel a nemine vel a paucissi-  
 mis capta est. Videlicet Plinius pro eo quod dixit Aristoteles, capere, accepit  
 videre, pro grauidam, parientem. Quid igitur est? In ordinem Plinium  
 redigis? Ignorantiamq; ei græcarum literarum obijcis? Minime ædepol.  
 Immo vero peritissimum vtriusq; fuisse linguæ, omnesq; absolutissimi scri-  
 ptoris numeros consumasse fatemur, mirandū tamen non esse ducimus si in  
 tanta rerum varietate, homo in aula principum versatus, deflexa interdum  
 aliorum mentis acie, pro eo qui Socrates erat, Calliam salutauerit.  
 ¶ Ideo mares quadragenis diebus latent. Legendum reor, hieme mares &c.

Subtilis  
 castigatio.

cas.

cas.

cas. florū locorū q; reddi-  
 dit metuensq; in quib.  
 latet iug, raro capitur.  
 cas. mirabilis  
 & villo.

cas.

Plinij erro-  
 ror.

cas.

Plinij erro-  
 ror.

cas.

Non Ideo mares. Aristot. volumine octauo capi. xyij. Quadrupedum quæ animal generant, Hystrices conduntur & vrsi, sed vtrum propter frigus, an alia de causa, ambigitur. ¶ Impenetrabiles imbribus, molliq; fronde constratos. Error solitus & familiare malum plinianorum exemplarium, verborum permutationis. Legendum, molli fronde constratos, impenetrabilesq; imbribus, vt præcedat causa, sequatur effectus. Nam arceri imbres constratis frondibus, libro decimo capite, xxxiiij. monstrat, de galgulo loquens. Iam publicum quidem omnium est, tabulata ramorum sustinendo nido prouide eligere, cameraq; ab imbri fronde protegere densa, et libro. xvj. capite. xj. de abicte. folio inquit pinnato, deſo, vt imbres non transmittat. ¶ Ab his diebus residuñt. Legendum reor. resident, & intelligo in clunes, vt ex capite sequente planum fit. Similiter inquit resident in clunes, & in binis pedibus gradiuntur, prioribusq; vt manibus vtuntur. In quibus verbis dictionem illam, similiter, nisi ad vrsos referas, quo referri possit, non inuenies. ¶ Non alio incubitu quam oua volucres Ambo exemplaria. nõ aliter incubitu &c. Proinde cõmutatis verbis sic scribo, non aliter quam incubitu ad oua volucres. ¶ Circa surculos cum dentiant prædomantes ora. Ita hermolaus castigauit, melius facturum si, præmandentes, correxisset, ex suo quem citat Aristotele, vt legendum in totum putem, circa surculos quasi dentiant præmandentes. Dictio autem quæ sequitur, ora cum aspiratione scripta legitur in codice Toletano, vt forte adiuncta sequentibus sic legendum sit. Hora eorum oculi hebetatur, hoc est vere, id enim ea dictio inter alia significat apud græcos. Quid si legas, non ora oculi eorum hebetantur, sed orbis oculorum hebetantur. Nam verbum quod sequitur, crebro, desideratur in vtroq; exemplari. Aristot. libro nono capite sexto. Ligna etiam manducant quasi dentiant, fieri tamen posse non negauerim, vt sensum Plinius non verba exprimens prædomantes ora scriptum reliquerit. Nam in antiquis exemplaribus prædomantes habentur, non præmandentes. Locum indico, liberum sit vnicuiq; iudicium intelligendi. ¶ Nec alteri animalium in maleficio stultitia solertior Exemplar Salamanti, egregie hic, nec alteri animalium in malitia astutia solertior. ¶ **EX CAPIT E.** xxxvij. Conduntur & alpini quibus magnitudo media est. Apographon Toletanum. Conduntur & alpini, quibus magnitudo melius est, rectissime. De Melibus capite sequente. ¶ Supra se complexo fasce herbæ. In eodem Apographo. Subrosæ. legitur non supra se & fascem accufandi casu, non fasce, vt commodius forte sic scribas, subrosæ complexos fascem herbæ. ¶ Vnũ nõn amplius tenetes ore, detrahe negationẽ ex vtroq; exemplari. ¶ Ijdẽ mutationẽ aquilonis in austrũ condetes se in cubile præfagiunt. Nõ magis erinacei præfagiunt mutationẽ aquilonis in austrum, quã retro austri in aquilonẽ. Quã ob rẽ puto scribẽdũ, aquilonis & austri, aut sic, aquilonũ & austrũ, Arist. lib. ix. cap. vj. De erinaceorũ sensu locis multis ppesum est, vt qui in cauernis sunt cõmutent sua cubilia aquilonũ & austrorũ mutatione. Theodorus græcã dictionem, opas, cubilia cõuertit quod ego (cum bona

cas. d  
cas. d  
cas. d

cas.

cas. cõq; surculos dentiant  
prædomantes ora.

cas. nõ hñ.

cas. in maleficio  
stultitia solertior.  
cas.

Elegãs cas  
stigatio. cas. et fasce.  
nõ fasce.

cas. nõ hñ  
nõ ore. cas.

EX LIBRO

Contra  
Theodorū  
gazā.

Theodori venia minime fecissem. Nam cubile græcis coete seu coeteon dicitur, ope autem foramen. Quanto melius nobis summus auctor Plutarchus Aristotelicum sensum expressit, eo libro cui titulus est, vtra animalium solertiora aquatica an terrestria, in hunc modum scribens. Cubile autem ipsorū foramina duo habet, alterum ad austrum vergens, alterum ad aquilonem. Prævidentes igitur aeris mutationem venturam, foramina commutant, ceu gubernatores vela, & quod vento expositum erat obturantes, alterum aperunt. Quod cum Cyzici homo quidam obseruasset, existimatus est a se ipso futura flamina presagire, hactenus Plutarchus. Eandem solertiam Plinius infra capite. xxxviii. Sciuro tribuit. ¶ In desperatione vero vrinam ex se reddunt, Verior lectio Apographi toletani. vrinam in se reddunt. ¶ Quippe & ipsi odere insitum veneficium, quippe & ipsi odere suum veneficium, ambo exemplaria. ¶ Suspendio ac fame necantur. Vtrūq; exemplar. suspendiosa fame necantur, quæ lectio non magno opere mihi displicet. Nam. suspendiosus, dictionem esse latinam, & si non ita frequentem Vlpianus iurisconsultus ostēdit tertio digestorum volumine, titulo de his qui notantur infamia. Non solent inquit lugeri vt Neratius ait, hostes, vel perduellionis damnati, neq; suspendiosi, neq; qui manus sibi intulerunt, non tædio vitæ, sed mala conscientia. ¶ Ipsum animal non verentur pleriq; dicere, vitæ hominum superuacuum esse. Apographum Toletanum pulcherrime. Ipsum animal non vt rentur aliqui vitæ hominum superuacuum est, reliqua superfluunt. ¶ Nulloq; non principe adito querimonijs prouincialibus, pernicialibus non prouincialibus vterq; codex. Vtitur etiam eo verbo Plinius libro. xv. capite. xviii. ¶ **EX CAPITE. xxxviii.** Ergo corpus eius adustum, exustum, vetus lectio. ¶ **EX CAPITE. xxxix.** Serpentium vipera sola, terra dicitur condi. Cæteræ arborum aut saxorum cauis. Scribendum videtur commutatis verbis. Serpentium cæteræ terra dicuntur condi, Vipera sola arborum aut saxorum cauis, aut si mauis sic. Serpentum cæteræ sola terra dicuntur condi, Vipera arborum aut saxorum cauis. Aristoteles libro octauo capite. xv. Aliæ serpentes in terra conduntur. Vipera sub petris abscondunt sese. ¶ Indiæ vero nyssa monte. Legendum reor. In India, Mero nyssæ monte. Plinius libro sexto capite. xxi. Nec non & Nyssam urbem pleriq; indiæ ascribunt, montemq; Merum libero patri sacrum, vnde origo fabulæ, iouis scemine æditum. Eadem ferme verba & apud Melam Pomponium leges. Nec est vllus ferme aut geographus aut historicus qui nō eius montis meminerit. ¶ **EX CAPITE. xl.** Et pugnasse aduersus latrones, de me conuinctionē. et. ex vetere lectione. ¶ Memorat & Pyrrhū Gelonis tyrāni canē Philistus. Scribendū puto. Memorat & Pyrrhi & Gelonis tyrāni canē Philistus. Decane Pyrrhi Pollux v. volumine. Canes aut præstātes fuerūt. Canis Pyrrhi epirotæ qui expge factū dñm vociferatēq; seruauit accurrēs cōfestim. Postea eo vita fūcto, cū cadauer cremaret, rogo se iniecit. Plutarch⁹ et lib. sæpe allegato, tū hui⁹ canis Pyrrhi epirotæ priuati hominis, tū et alteri⁹ canis qui fuit Pyrrhi regis mētionē hēt.

cap.

cap.

cap.

Pulcher

locus.

cap. ipsum animal  
no ueretur pliq; vitæ  
hominū superua  
uum est.

cap.

cap.

cap.

cap. in india u.  
nyssa monte.

cap. si pugnasse  
cap.

cap. xl. cap. apud nos uilgati  
noblem qui carcellum ius ci  
uile do cuit.

¶ Quam silens & occulta, quam significans demonstratio est. Adde ex Apographe Toletano particulam sed, quæ plurimum leporis conciliat orationi. Sed quam significans demonstratio est. ¶ Contemptu immobili iacente. Ea q̄ segnitie tanti corporis offensus imperator. Scribo, contemptim immobili iacente eo. Qua segnitie tanti corporis &c. Ex eodē apographe. ¶ Haud alio magis spectaculo lætatus, diuerso ordine Apographe idem, haud alio spectaculo lætatus magis. ¶ EX CAPITE. xli. ¶ Vnicum remedium oraculo quodam nuper repertum, adde verbum, inuento, vnicum remedium oraculo quodam nuper inuento repertum, ex eodem Apographe. ¶ EX CAPITE. xlii. Alios passim reiiciens, Scribo, alios passim recipiens, ex eodem, recte, hoc sensu. Instratum ornatu regio, neminem recepisse præter regē, sine illo, passim omnes. ¶ Urbem tumulo circumdedit. Urbēq̄ tumulo circumdedit. Idem exemplar. ¶ Occiso deniq̄ ipsorum regulo. Duo illa verba, deniq̄ ipsorum, non leguntur in eodem. ¶ Equam eadem ex causa in reatino agro, laceratūq̄ pariter aurigam inuenimus. Idem Apographe rectius. Qua ex causa in reatino agro laceratum prorigam inuenimus. Lego perorigam non prorigam. M. Varro libro secundo de re rustica capite septimo. Peroriga inquit appellatur quisquis admittit, eo enim adiuuante equæ alligatæ celerius admittuntur. ¶ Itaq̄ in grege prioris anni. Melius vetus lectio, atq̄ in grege prioris anni. ¶ Philarchus refert Centaretum e galatis in prælio occiso Antiocho potitum equo eius. Lego Philarchus refert Centaretrio e galatis in prælio occiso Antiochum potitum equo. Solinus capite. xlii. Cum prælio Antiochus galatas subegisset, Centaretrij nomine ducis qui in acie ceciderat equum ouaturus insiluit. Consentiant Solini lectioni præstantes duo auctores græci. Alter est lucianus qui in dialogo cui est titulus Zeuxis vel antiochus, tradit beneficio elephantorum, xvj. vicisse Antiochum regem Galatas, omni belli apparatu instructissimos. Alter Appianus alexandrinus libro syrio, quo auctore fuit hic Antiochus primus cognomento Soter, qui stratonicem nouercam amauit. ¶ Indignatione accensum, indignatione successum, vetus lectio. ¶ In Capitolium cucurrisse sedēq̄ ter lustrasse, ædemq̄ ter lustrasse. Apographe Toletanum. ¶ Sarmatæ longinqua itinera acturi. Scribo, Sarmatæ longinquo acturi, ex eodem. ¶ Mittantur ad sobolem reparandam. Postremum verbum superfluit ex codice Salmanticensi. ¶ Et ad quadraginta durasse tradunt. Multum hoc in loco debemus Toletano archetypo, restituta nobis dictione in omnibus exemplaribus oblitterata. Scribendum igitur, Opunte & ad quadraginta durasse tradunt. Aristote. libro sexto capite. xxij. Equum apud opuntem gregarium fuisse accepimus, qui annos quadraginta natus posset coire, Sed adiuuētū quoad sui pedes priores attollerent desiderabat, ridiculo Solini errore, q̄ Opuntē nobile in locride græciæ urbē, propriū equi nomē accepit. ¶ In eadē Hispania Gallaica gēs, & asturica equini gn̄is quos Thieldones vocam⁹ minori forma appellatos asturcones gignūt. Lego. In eadē hispania, Calaica gēs est, & Asturica, Equini gn̄is hic sūt

Cas. quis aq̄ transfiliens & occultas et q̄ signi firmis.

Cas. contempti immobili iacenti Ea q̄ segnitie est.

Cas.

no h̄ cas.

solus

Cas.

Elegans emendatio.

Cas.

no q̄ cas. h̄m̄.

Cas. lat̄m̄ q̄ q̄rigā

Locus exis

mius.

Cas.

Cas. vulgata lect. h̄. et centaretum. nō centaretri.

Cas.

ita cas.

Cas. h̄. q̄ uo x ui det. ex opunte conflata

Cas.

Restitutus

locus trun

catus.

in v. c. cas. ut pote pro Op

Solini error.

Cas. in eadē hispania gallaica gn̄is et asturica equini gn̄is / h̄m̄ sunt quos thieldones est.

Cap. xli. claudij cesaris solariū ludorū circensib⁹ etrusso in car. etibus aurigam albatū equi curare occupauere primatū est.



quos Thieldones vocamus. Minori fama appellatos asturcones gignunt, ex  
 eodem archetypo. ¶ Vixisse equum. lxxv. annis proditur. Legendum vt ar-  
 bitror, equam non equum. Nam & si ambigue id profert Aristoteles libro sex-  
 to capite. xxxij. ynde hæc ferme cuncta hausit Plinius, quia equus, dubij est  
 generis apud græcos, tamen quia paulo ante tradiderat foeminam in eo gene-  
 re viuaciorem esse, propius vero est vt equam legatur, quam equum. ¶ Cari-  
 cæ magnitudine, colore nigro. Solinus, colore fuluo, non nigro, male. Nam  
 Aristoteles nigro esse tradit, libro sexto capite. xxij. Deprauatam in Solino di-  
 ctionem reor, & pro furuo indoctos librarios, fuluo, scripsisse. ¶ Quod sta-  
 tim ædito partu deuorat foeta, aut partum ad vbera non admittit, si quis præ-  
 reptum habeat. Olfactu id genus in rabiem agitur. Vitiata interpunctio sen-  
 sum elegantem obnubilat & ex raro vulgarem facit. Legendum sic, quod sta-  
 tim ædito partu deuorat foeta aut partum ad vbera non admittit. Si quis præ-  
 reptum habeat, olfactum in rabiem id genus agit. Aristoteles libro sexto capi-  
 te. xxij. Cum equa peperit statim secūdas deuorat atq; etiam quod pulli nas-  
 centis fronti adhæret, hippomanes dictum, magnitudine minus exigua fico  
 passa, specie latiusculum, orbiculatum, nigrum. Hoc si quis prærepto odore  
 moueat, equa excita furitq; agnito eo odore. Accedit & Theocriti interpres  
 in expositione pharmaceutriæ. Ferrur inquit equas percepto odore hippoma-  
 nis, furore correptas, impetū in eū qui habeat facere. ¶ EX CA. xliij. Mares  
 in remissione opis deteriores, aut legēdū Mares intermissione operis deterio-  
 res, aut certe ppositio, in. supfluit. Varro li. ij. de re rustica cap. vj. Mares nō di-  
 stīgūt ab opere, qd remissione laboris fit deterior. ¶ Partus a tricesimo mēse  
 ocysimus, sed a trimatu legitim<sup>o</sup>. totidē quot equæ, reliqua. Foedā verborū  
 deprauationem suspicor hic esse, & cum veniæ præfatione castigandam. Di-  
 ctionem enim, partus, in coitus, & legitimus, in gignunt sentio esse mutan-  
 dam, vt in totum scribatur sic. Coitus a tricesimo mense ocysimus, sed a tri-  
 matu gignunt totidem quot equæ & eisdem mensibus. Nam & si asina &  
 equa viui pera sunt animalia, pariunt tamē interdum geminos & vtraq; duo  
 decimo mense, ex Aristotele libro sexto capite. xxij. & xxij. Hoc tractandi or-  
 dine vsus est proximo capite de equis agens. Coitus verno æquinoctio. Bi-  
 mo vtrinq; vulgaris, sed a trimatu firmior partus. Prius de coitu locutus est,  
 deinde de partu. Eundem ordinem hic seruari reor. Aristoteles libro quinto  
 capite. xiiij. Asinus tam mas quam foemina mense tricesimo coit, sed magna  
 ex parte nequeunt generare. ¶ Sed incontinens vterus vrinam genitale red-  
 dit, Apographon Toletanum verius, sed incontinens vterus, vrina genitale  
 reddit, hoc est simul cum vrina genituram emittit. ¶ Nec pontes transeunt.  
 Idem exemplar, pontos, forte pontones legendum. ¶ Vt bibant cogendæ, ex  
 onerandæ ve sunt, Salmanticense Archetypum, exorandæ, nō exonerandæ.  
 ¶ EX CAPI. xliij. Ex asino & equa mulus gignitur mense. xij. Vtrūq;  
 exemplar aliter præferunt. Ex asino & equa mula gignitur mense. xij.  
 ¶ Gignitur autem mula ex equo & asina. Lego contra omnia exemplaria,

Gignitur etiam mula &c. Nam initio capitis dictum est ex asino & equa mulam gigni, & quia fit etiam vice versa, ideo subdit. Gignitur etiam mula ex equo & asina. ¶ Lenta omnia esse vetulis. hæc verba & si in ambobus exemplaribus legatur, nihilominus adulterina & supposititia esse suspicor. ¶ Equo & asina genitos mares hinulos antiqui vocabant. L ego hinnos cum duplici .n. non hinulos. Columella libro sexto capite. xxxv. Qui ex equo & asina concepti generantur, quavis a patre nomē traxerint quod hinni vocantur, matri per omnia similes sunt. ¶ Cum equa muli coitu natum quem vocat hinnū. Scribo Ginnum non hinnum. Aristot. libro sexto capite. xxiiiij. Mulus superuenire coireque incipit missis dentibus primis, sed septēnis implere potest. Etiam cum equa coniunctus ginnum procreavit, & mox paulo, prodeunt quos ginnos vocant ex equa, cum in gerendo vtero ægrotant more pumilionum in ordine hominum, aut porcorum deprauatorum in genere suum. Repetit hoc ipsum secundo de generatione animalium capite vltimo. Verba autem quæ statim sequuntur. idest paruum mulum, pliniana non puto. ¶ Duritia eximia pedum verum strigoso. Laudo qui pro rugoso, vt antea legebatur strigoso substituerunt, quod dubitanter id fecerint, non laudo. Strigoso enim nec aliter legendum esse, monstrant tum ambo exemplaria, tum maxime Columella libro sexto capite. xxxv. his verbis. Neque tamen vllum est in hoc pecore aut animo aut forma præstantius, quam quod seminabit asinus, quanquam possit huic aliquatenus comparari quod progenerat onager, nisi & indomitum & seruire contumax syluestri more strigosum patris præferret habitum. ¶ Eo gauisi cum templum in arce facerent. Vetusta exemplaria. Gauisi namque cum templum in arce facerent. ¶ Cadentia iumenta comitatu nisuque exhortaretur. verior lectio, cedentia, hoc est defessa, lassescencia. ¶ Decretum fecere quo caueretur, ne frumentarij &c. Duo illa verba, quo caueretur, superfluunt, ex vtroque exemplari. Et paulo ante. ¶ Onagro & asina genitus omnes antecellit. Quod ex onagro & asina procreatus cæteros antecellit, falsum est. Idque eximiorum testimonio auctorum comprobabitur. Columella libro sexto capite. xxxv. Neque tamen vllum est in hoc pecore aut animo aut forma præstantius quam quod seminabit asinus. Palladius libro quarto titulo. xiiiiij. Creantur ex equo & asina vel onagro & equa. Sed generosius nullum est huiusmodi animal quam quod asino creante nascetur, vtilis tamen admissarij nascuntur ex onagro & asina, qui post in sobole secutura agilitatem fortitudinemque restituant. Ex prædictis columellæ & Palladij verbis palam est, in hoc pecore præferri cæteris quod asinus genuerit, patet etiam ex Palladio vtilis esse admissarios ex onagro & asina genitos, quod & columella ostendit loco antecitato his verbis. Itaque eiusmodi admissarius nepotibus magis quam filiis vtilis est. Nam vbi asina & onagro natus admittitur equæ, per gradus infractione feritate, quicquid ex eo prouenit paternam formam & modestiam fortitudinemque & celeritatem auitam præfert. Sed & M. Varro libro secundo capite sexto, seminio onagros esse vtilis scribit, Horum ergo trium auctorum ver-

Cay.

Cay.

Cay. mu.

Cay.

Cay. h. eo gauis.

Cay.

Cay. no h.

Cay.

bis expensis, existimo legendum hoc loco sic, sed strigoso corpore, indomito  
 animo. Generando, onagro & asina genitus omnes antecellit, hoc est ad ge-  
 nerandam sobolem. ¶ **EX CAPIT E.** xlv. Non ante quadrinatum ad  
 cas. partus vocando. Scribendum, non quadrinatum, sed nouinatum, si licet di-  
 cere. Aristoteles libro octauo capite septimo Augentur iuuençæ amplius cū  
 plus temporis expertes veneris degūt. Quam ob rem terræ eperi incolæ, quas  
 pyrrhicas vocant, annis nouem intactas venere seruant, vt incrementum am-  
 pliter capiant & setauros nuncupant. Has numero, cccc. esse & proprias regis  
 accipimus, nec posse viuere locis alijs, quanquam tentatum ab aliquibus est.  
 Meminit etiam Varro libro secundo capite quinto boum epiroticorum, quos  
 cas. ait non græciæ tantum meliores esse, sed etiam Italiæ. ¶ Tauri generationem  
 quadrini implent, & singulis denæ eodem anno traduntur. Si autem post  
 coitum ad dexteram partem abeant tauri. &c. Hunc locum vitiosissime scri-  
 ptum, sic posse restitui puto, ex scriptoribus de re rustica. Tauri generat opti-  
 me quadrini. Implent & singuli quindenæ eodem anno. Traditur autem si  
 post coitum ad dexteram partem abeant tauri. Columella libro sexto capite  
 .xxij. vnūq; marem quindecim vaccis sufficere abunde est. Repetit id ipsum  
 Palladius libro octauo titulo quarto. Secus Varro libro secundo capite quin-  
 to. Habeo inquit tauros totidem quot atticus ad matrices. lxxij. vnum anni-  
 culum, alterum bimum. Quod vero statim sequitur, si post coitum in dextrā  
 partem abeāt tauri, generatos esse mares, si in laeuam foeminas, sumptum id  
 quidem ex Varrone libro citato, sed addit columella, hoc signum verum esse  
 non aliter apparere, quam si post vnum coitum forda non admittit taurum,  
 quod ipsum raro accidit. Nam quāuis plena foetu, nō expletur libidine. ¶ Gi-  
 gnunt raro geminos. Omnis scripta & impressa lectio. Nunc raro geminos.  
 Lego, vnum, raro geminos. Aristote. libro sexto capite. xxj. Pariunt singu-  
 los, raro geminos. ¶ A delphini exortu ad pridie nonas Ianuarij, diebus tri-  
 cas. ginta, legendum videtur diebus. xl. Varro libro secundo capite quinto vn-  
 de hoc desumptum. Maxime inquit idoneum tempus ad cōcipiendum a Del-  
 phini exortu vsq; ad dies quadraginta, aut paulo plus. ¶ Equo iuxta qua-  
 cas. drupedante. Ambo exemplaria quadrupedantē accusandi casu. ¶ **EX CA-  
 PIT E.** xlvij. Coitus omnibus ad arcturi occasum &c. Scribo. Coitus omni-  
 bus ab arcturi occasu. Varro libro secundo capite secundo. Tempus optimū  
 ad admittendum ab arcturi occasu ad aquilæ occasum, quod quæ postea cō-  
 cas. cipiant, fiunt uegrandes atq; imbecillæ. Astipulatur & Apographon Toleta-  
 num, in quo ab arcturi occasu scriptum est ad verbum. ¶ Quod est a tertio  
 cas. idus maias. vtrumq; exemplar, idest ad tertium idus maius. ¶ **EX CA-  
 PIT E.** xlvij. Succidis omnibus vsus medicus. Apographon Toletanum. Suc-  
 cidis omnibus medicata vis. ¶ Est & hirtæ filo crasso in tapetis. Idem exem-  
 cas. plar. pilo. nō filo. ¶ Qualiter nūc etiā in castris gausape. Patris mei memoria  
 cœpere amphimalla. Aliter in eodem exemplari, qualiter etiam nunc in castris  
 cas. causā patris mei memoria &c. Vt forte scribendum sit, qualiter etiam nunc

in castris gausape. Auorum memoria coepere amphimalla sicut nostra villosa etiam ventralia. Mouet me, quod non ea fuit conditione Plinius, vt non de- siderata fuisset eius prudentia si in commentatione rerum naturalium quam ad communē totius humani generis vtilitatem componebat, & præsertim ro- mano imperatori dicata, patris sui meminisset. ¶ Sesquilibris infecta. Vtrū- que exemplar, sesquipedalibus libris infecta, vt forte legendum sit labris non li- bris. ¶ **EX CAPIT E. I.** Trimæ minus vtiliter generant. Archetypum To- letanum. Ante trimos minus vtiliter generant, recte, vt de hircis intelligas, nam de caprarum cōceptu paulo post. ¶ Et in senecta nec vltra quadrienniū. Particula, nec, in neutro habetur exemplarium scriptorum, optime. Nam te- ste Columella libro septimo capite sexto senecta his est ante sextum annum, & quinquennis parum idoneus habetur implendis fœminis. ¶ In trimatu inutiles. Scribendum procul dubio vtilis, haud inutiles. Columella loco pro- xime signato. Anniculæ vel bimæ capellæ, nam vtraque ætas partum ædit sub- mitti haedum nō oportet, neque enim educare nisi trima debet. Palladius quo- que libro. xij. titulo. xii. Trimæ educare optime possunt. Quod teneriores ma- tres generant, transigendum est. ¶ Ac deinde concipiunt nouembri mense, vt Martio pariant. Erratum est in verborum interpunctione. Duæ enim pri- mæ dictiones ad superiora referendæ sunt. Deinde scribendum cum maiuscu- la, vt sit initium alterius sensus. Concipiunt nouembri. &c. ¶ Longis auri- culis infractisque, armis quam villosissimis. Legendum auribus, non auricu- lis, ex archetypo Toleta. Confirmat id quoque Columella libro septimo capi- te sexto, Optimus inquit habetur amplissimi corporis, curibus crassis, plena & breui ceruice, flaccidis & prægrauibus auribus. ¶ Ideoque fortassis quod anima his quam ouibus ardentior. Pauciora verba amborum exemplarium, ideo fortassis anima his &c. ¶ Ideo si caprinū iecur vescatur, restitui vesperti- nam aciem. Ideo caprinum iecur vescentibus restitui vespertinam aciem, ea- dem legunt. ¶ **EX CAPIT E. Ij.** Suis fœtus sacrificio, die quinto purus est. Scribo die decimo purus est. Varro libro secundo capite quarto. Cū por- ci depulsi sunt a māmā, a quibusdam delici appellantur, neque iam lactātes di- cuntur, qui a partu decimo die habentur puri, & ab eo appellantur ab antiquis sacres, quod tum ad sacrificia idonei primum ducuntur. ¶ Cōpertum agni- tam vocem suarij furto abactis. Vetusta exemplaria, agnita voce legunt, & in nonnullis codicibus in accusandi casu, abactos, habetur nō abactis. ¶ Quin & duces in vrbe, mallem etiam repugnantibus exemplaribus, legeres. Quin reduces in vrbe. ¶ Castrantur fœminæ quoque sic vti cameli post bidui ine- diam suspensæ pernis prioribus. Aristoteles libro nono capite vltimo, poste- rioribus non prioribus ait, græca voce opisthion. Theodorus tamen priori- bus rransfert, causam ignoro, nisi quod ita in Plinio inuenerat. ¶ Fico cari- ca saginatis. Apographon Toletanum, fico arida saginatis. ¶ Repente mul- si potudato. Idem, tepente præfert. ¶ Placuerē autem & feri sues. Iam Cato- nis censoris. Idem exemplar, Placuerē autem & feri vesicæ in catonis censoris.

cas. sex quippe dalibus  
libris

cas. trimos minus  
vtiliter generant  
et nō hnt ante.  
nō hnt cas.

cas.

cas.

cas. sag. fortassis aū his  
q̄ ouibus ardentior

cas. et ideo caprinū iecur  
si vescatur

cas. die v.

cas. agnita uoce uarij furto  
abactis.

cas.

cas.

cas. cas.

cas. et feri vesicæ  
Catonis censoris.

Scribendum videtur, in Catonis censorij, non in catonis censoris. **EX**  
**CAPITE. liij.** Lutoq; se tergorantes. Ambo exemplaria, lutoq; se sterco-  
rantes, forte verior esset lectio, lutoq; sese thoracantes. **EX CAPITE.**  
**liij.** E monte aliquo in alium transilire quærentes, atq; recursum perniciosius quo  
libuerit exultant. Scribo partim ex veteribus codicibus, partim ex coniectu-  
ra, e monte aliquo in alium transitum quærentes, æque recursum perniciosius quo li-  
buit exultant. Nam scripta lectio transitum, non transilire, & perniciosius non per-  
niciosius agnoscit. **EX CAPITE. liiij.** Nouam exultationem adorare, Sal-  
manticense castigatius, nouam exultationem adorari, vt forte potior lectio sit, nouam exultationem  
oboriri. **Tractariq; gaudent similes gratulationem intelligentes.** Itaq; ma-  
gna ex parte &c. Locus est corruptissimus. Exemplar Toleta, tractariq; gau-  
dent gratulationem intelligentibus. Similiter itaq; magna ex parte &c. Sal-  
manticense propius veritatem, tractariq; gaudent, gratulationem intelligen-  
tibus. Similis itaq; magna ex parte &c. Scribo, tractariq; gaudent, gratula-  
tionem intelligentes. Simiolos itaq; magna ex parte, reliqua, Oppiani senten-  
tiam hoc loco præterire nolui. Scribit enim libro cynegeticò, iij. Simias sem-  
per duos parere, quorum alterum amant, alterum odere, quem statim arctio-  
re complexu enecent. **EX CAPITE. lvi.** Archelaus auctor est quos  
sint corporis cauernæ ad excrementa lepori. Ex Varrone hoc mutuatus est, di-  
uersis quidem verbis, an sensu eodem non statuerim. Varronis verba sunt li-  
bro tertio de re rustica capite, xij. Itaq; de his Archelaus scribit, annorū quos  
sint qui velit scire, inspicere oportere foramina naturæ, quod sine dubio ali-  
quo alio habeat plura. **Propter breuitatē pili dilabidas.** Apo. Tole. pp breuitatē  
pili dilabi lassī, forte, pp breuitatē pili debilis vsu. **EX CAP. lviij.** Sēp q;  
furtū id dephēdi. Ambo exēplaria, semp; infurtū id dephēdi. Lego, semp;  
q; infartum id deprehendi. **Senium finitur hiberna quiete.** Videtur scri-  
bendum somnus non senium, ex Oppiano Cynegeticò, iij. prodente totam  
eos dormiendo hiemē exigere, & Aristote. libro, viij, capite, xvij. Glires etiam  
latent in ipsis arboribus, pinguescuntq; per id tempus vehementer. Martialis  
in xenijs. Tota mihi dormitur hiems, & tempore in illo pinguior sum, quo  
me nil nisi somnus alit. **Rursus æstate iuuenescunt.** Deprauata priore dictio-  
ne somnus detortaq; in senium hoc est senectutem cutem ve exuuiasq; illas  
quas exuunt nonnulla animalium quæ conduntur, consentaneum erat vt po-  
sterior illi coniuga, eandem subiret aleam. Existimo igitur legendum nō iu-  
uenescunt, sed viuescunt hoc est reuiuiscunt, quasi tota hieme quam dormiē-  
do transfegerunt, mortui potius quam viui iacuerint, quando vt summus ait  
poeta consanguineus est leti sopor. Hoc verbo viuesco, tum alias plinius uti-  
tur, tum libro nono capite, l. de anguillis loquens his verbis. Anguillæ atte-  
runt se scopulis, ea strigmenta viuescunt. **EX CAPITE. lviiij.** In  
Lycia dorcades non transeunt montes Syris vicinos. Cilicia verior lectio  
quam Lycia, Nam Ciliciam conterminam esse Syriæ, haud Lyciam in aper

cas. lutoq; stercorantes

cas. E monte aliquo  
alio transilire cupientes  
atq; recursum perniciosius  
quo libuerit exultat.

cas.

cas. itaq; gaudent  
gratulationem intelligē-  
tibus simiis. Itaq; magna

Locus sin-  
gularis re-  
friturus.

cas.

cas. pili dilabi

cas.

cas. et fuit.

Lepida ca-  
strigatio.

cas. iuuenes-  
cunt.

cas.

to apud omnes est. ¶ Onagri montem qui cappadociam a Lycia diuidit, eadem hic quæ statim ante, menda. Scribendum enim a Cilicia, non a Lycia, tum ex utroque exemplari, tum ex Ptolemæo tradente, tauro monte Cappadociam a Cilicia dirimi. Item Lycaoniam partem esse Cappadociæ, idem prodit Ptolemæus. At in Lycaonia multos esse onagrorum greges & M. Varro tradit libro secundo capite sexto de re rustica, & Plinius hoc ipso libro capite. xliiij. ¶ Item apros & attagenas herinaceos. Scribendum videtur permutato conuinctionis loco. Item apros, Attagenas, & herinaceos. Cæterum inter animalia terrestria, & quadrupedes de quibus tantum hoc capite immo vero toto hoc volumine disseritur, quis locus est obsecro te humane lector Attageni aui ionicæ? Nam etiam si in creta non esset attagen, alienum erat hoc loco indicari id quod erat proprium libri. x. capi. xxix. cuius lemma est. Quæ aues in quibus locis non sunt, ubi Plinius scribit noctuam in creta non esse, non utique prætermisurus de attagene. Et ut quæ sentio dicam ingenue. Puto hanc dictionem inter eas esse connumerandam, quæ falso in historiam naturalem irreperunt.

### EX LIBRO NONO.

Capite secundo.



¶ **OLLIQUE AC FERTILI AC** cremento, antiqua lectio, mollique ac fertili nutrimento. Nec displicet. Aristoteles de longitudine ac breuitate vitæ capite secundo. oportet enim intelligere, quod animal, est natura humidum & calidum, & viuere tale quippiam est, at senectus frigida & sicca. & libro de generatione animalium primo capite. xvij. nutrimentum enim omnium, humidum magis. ¶ Ut vera fiat vulgi opinio, permutatis verbis, vetus lectio, vera ut fiat. ¶ **EX CAPITE. v.** Squamis modo hispido corpore etiam in quo humanam effigiem habent. Exemplar Salmanti, etiam in qua legit, non etiam in quo. Scribendum censeo. squamis modo hispido corpore, ut in aqua humanam effigiem habente. ¶ Namque hæc in eodem spectata littore est, aptior lectio. Vnaque hoc in eodem spectata littore est. ¶ Contra lugdunensis prouinciæ littus insularum. Scribere mallet, contra lugdunensis prouinciæ littus impulsas, ut capite sequente. & dum saginam persequitur in littus fluctibus propulsa. ¶ **EX CAPITE. vi.** In quodam sinu placido & capaci misere gaudetes ibi parere. Archetypum Toletanum, in quodam sinu placido & capaci ore, gaudentes ibi parere. ¶ Et cautium angustijs trucidare, exemplar idem, in cautas angustijs trucidare, ut forte commodius legi posset, impactas angustijs trucidare. ¶ **EX CAPITE. viij.** Ut plerumque vela nauium transuolent, Aristoteles non vela nauium sed malos transgredi ait libro nono capite. xlvij. quo inquit impetu fit, ut sese eiaculentur in aerem & superfiliat malos nauigiorum

cas. armento. ut libro  
ix. cap. l. pisces aritu  
nentis coeunt. Aristote  
nat. animalium li. v. cap. v.  
amotis inuicem partibus su  
pimis copulari tradit. et quib.  
plenis cauda est aritu mu  
tuo partem supinam cotu  
et citari. quod uidetur appella  
re supinam aritum molle  
ne fertile

cas. Ita in f.

cas.

cas. contra littus insularum  
lugdunensis prouinciæ

cas.

cas. et cautas  
angustijs truci  
dare

cas.

EX LIBRO

Plinif error.

cas. 12.

cas.

Hermolai error.

cas. et flauii alfy  
in indice et flauii  
albi meminit  
pige fabiani.

cas. inf.

cas.

cas. et ro  
ueratio co  
ciet.

cas. q. protinus  
disponit in loco  
ubi comesta e  
pugna opponen  
tes sese ab alto

cas.

quæ forte affuerint. Decepit Plinium similitudo quæ apud græcos est duorum nominum, veli & mali, hoc est istos & istiō. Vidit hoc ante me Franciscus Massarius, & ante Massarium Matthæus fortunatus in castigationibus naturalium Senecæ quæstionum. ¶ Agunt fere coniugia. Scribo. Agunt vera coniugia. Naturalia enim coniugia veraque sunt marium cum foeminis. Aristot. eodem libro & capite. Degunt coniugatim mares cum foeminis. Romana quoque impressio vera habet non fere, neque vt alia præferunt exemplaria vere, ¶ Solent in terram erumpere incerta de causa, & statim tellure tacta moriuntur. Scribo. nec statim. Tellure tacta moriuntur. Significat autem hic, statim, non confestim & ilico (quod Hermolao causa erroris fuit) sed statim, certo, ac definito tempore. Aristoteles libro & capite antedicto. Ambigitur autem de ipsis, cur in terram erumpant. Facere enim ipsos hoc temere & vt casus tulit, non certa de causa prædicant. Sic enim melius Aristotelis mens exprimitur quæ ex theodori translatione. Quod ergo Aristoteles temere, Plinius incerta de causa, quod ille vt casus tulit Plinius nec statim. Nam quod Hermolaus ait, statim tacta terra delphinos emori, falsum est. Tacta terra emori fateor, statim tacta nego. Idque in Plinio Cecilio nisi ei excidisset Hermolaus legerat libro epistolarum octauo. Incredibile inquit, tam verum tamen quæ priora. Delphinum gestatorem collusoremque puerorum in terram quoque extrahi solitum, arenisque siccatum vbi incaluisset in mare reuolui. Vetus quoque & omnis impressa lectio, nec statim, habet, nõ aliter. ¶ Ni res Moecenatis & flauiani. Scribendum fabiani, non flauiani, tum ex indice operis, tum etiam ex Solino capite. xvij. Pigeret ait asseuerare hoc, ni Moecenatis & Fabiani, multorumque præterea esset litteris comprehensum. Vtitur etiam testimonio huius fabiani Seneca, in libro de consolatione ad Martiam, & alibi sæpe. ¶ Alius inter hos annos. Apographum Toletanum. Alius intra hos annos. ¶ Nec modus exemplorum. Eadem Amphilochoij & tarentini de pueris delphinisque narrat. Lego permutatis verbis. Eadem Amphilochoij & Tarentini de pueris delphinisque narrat. Nec modus exemplorum. Claudicante alias tractandi ordine, & communi in differendo, auctorum consuetudine. ¶ Quod vbi animaduertere piscantes concurrunt autem multitudo temporis gnara & magis etiam voluptatis huius auida, totusque populus e littore quanto potest clamare conciet Simonem, ad spectaculi euentum. luxatus est ni fallor dictionum sensuumque ordo, & permista ac confusa omnia. Tolerabilior autem lectio & rationi magis consentiens ad hunc modum. Quod vbi animaduertere piscantes totusque populus (concurrunt autem multitudo temporis gnara, & magis etiam voluptatis huius auida ad spectaculi euentum) e littore quanto potest clamore conciet &c. ¶ Quæ protinus disponitur in loco vbi coniectus est, pugna opponente sese ab alto Scribendum reor, quæ protinus disponitur in loco. Vbi conferta est pugna, opponunt sese ab alto. ¶ Ita peracta captura quos interemere diripiunt. Apographon Toletanum equo interemere diripiunt. Minus male scribetur, æquo interim iure diripiunt. ¶ Sed enixioris operæ

quam in vnius diei præmium. Vterq; codex. præmij. gignendi casu præfert.  
**EX CAPITE. x.** In terram egressæ, in herbis pariunt oua. Verba illa  
 in herbis. puto non esse Pliniana. Plutarchus in libro, vtra animalium &c.  
 Parit enim ait de testudine loquens egressa in littus, prope ipsum mare, sed cū  
 ouis incubare nequeat, neq; in terra diutius commorari, arenæ gramio oua  
 mandat, tenuissima mollissimaq; eius parte cooperta. Quid si legas sine præ  
 positione & ascribas dictionem. herbis. superioribus. vt sit sensus. testudines  
 in mari viuere conchylijs, egressas in terram herbis. Quod autem sequitur  
 continuo. **¶** Auium ouis similia. ex Aristotele sumptum libro quinto capite  
 .xxxij. Verum notandum comparari ab Aristotele ouis auium, oua testudi  
 nis terrestris, nō testudinis marinæ, vt hic comparat Plinius, tumultuaria for  
 tasse lectione deceptus. gallinarum enim ouis, comparat oua testudinum ma  
 rinarum Aristoteles prædicto libro & capite. **¶** Educant foetus annuo spa  
 cio. Scribo educunt foetus, hoc est excludunt, non educant. Aristoteles loco  
 ante dicto. foetūq; sequente anno excludit. Simillis autē hic allucinatio prio  
 ri. Nam de testudine terrestri hæc scribit Aristoteles non marina. oua enim te  
 studinis marinæ non indigere tam longa incubatione docet Plutarchus li  
 bro illo toties allegato. his verbis. Quod autem hoc admirabilius, diem qua  
 dragesimum obseruantes, tot enim diebus excoquantur abrūpunturq; oua,  
 accedit ad locum, agnoscensq; vnaquæq; depositum suum, vt solertius nequi  
 ret homo vllus auri repositorium agnoscere, auide prompteq; aperit. **EX**  
**CAPITE. xij.** Hic parit in terra pecudum more, secundo partus reddit ini  
 tu. Canum modo cohæret. Longolius seu longoliani discipuli, locum hunc  
 sic legunt. Hic parit in terra pecudum more. Secundas cum partu reddit. Ca  
 num modo cohæret, Verbum. initu. quod omnis scripta & impressa lectio a  
 gnoscit sine causa detrahentes, & adijcientes a se præpositionem. cum. mi  
 nime necessariam, & perperam pungentes post illa verba pecudū more. Nos  
 sic scribendum & distinguendum censemus. Hic parit in terra. Pecudum mo  
 re, secūdas partu reddit. Initu canum modo cohæret. Hæc est vera genuinaq;  
 Plinij lectio. Aristoteles libro sexto capite. xij. Ergo hic, animal cōcipit statim  
 intra se, & parit. Secundas quoq; emittit, & lac reddit more pecudum. Rursus  
 libro quinto capite secundo. Vituli marini, modo animalium retro mingenti  
 um coeunt, & diu ligati in coitu cohærent vt canis. **¶** Et parit nunquam ge  
 minis plures. Scribo. parit nonnunquam geminis plures. Nam coniunctio.  
 &. in exemplari Salmanticensi redundat. & geminis plures nunquam parere  
 vitulum marinum, falsum est. Aristoteles libro sexto capite. xij. Parit singu  
 los, aut geminos & cum plurimum tres. **¶** Iphis in somno mugitus. Apogra  
 phon Toletanum. Item Salmanticense. Romana quoq; exemplaria & om  
 nes ante Hermolaum impressi codices. soño. habent. Hermolaus derasa ea  
 dictione somno substituit. Et ad confirmationem erroris sui, testimonium  
 petit ab Aristotele libro sexto. Quain re Hermolai ingenuitatem requiro.  
 Nam si vnquā ab Aristotele tale quippiam tradi inuētum fuerit, quale asserit

cas.

cas.

Plinij erro.  
ror.

cas.

Allucinatio  
Plinij.Cōtra Lon  
golium.cas. hic parit in terra pecudū  
more fs partu reddit initu ca  
nū in cohæret.

cas. parit nō. nec hī et.

Hermolai  
error. cas.



## EX LIBRO

Hermolaus, fiam ego ut theocriti utar verbis Melatius pro Comata. Immo e contrario patrocinator plinianæ lectioni Aristoteles libro sexto his verbis, quæ ad faciendam fidem repetere altiuscule necessarium fuit. Vitulus marinus generis ambigui est, nam & mari degit quâquam humorem nõ recipit, sed spirat ac dormit, & egressus in terrâ, parit in littore ut terrestre. Et post multos versus, nulla iam dormitionis mentione. Emittit inquit vocem similem boui. Quæ verba Theodorus (maximus Plinianarum vocum ut dixi affectator) sic vertit, Mugitus ei in sono. Allucinatus est & cum suo Hermolao, franciscus Massarius, vir alioqui perdoctus & de Plinio optime meritus. ¶ Vocemq; pariter & visu populum salutant incondito fremitu. Legendum arbitror, vociq; parent, & iussi populum salutant, vel sic, vocati parent & iussi &c. Nã toletanum Apographum, iussu, habet non visu. ¶ **EX CAPITE. xiiij.** Pilo carentium duo omnino animal pariunt. Delphinus ac vipera. Scribo pilo carentium non omnia animal pariunt, ut delphinus ac vipera, vel sic. Pilo carentium non omnia. Animal pariunt delphinus ac vipera. Pendet enim sensus ab initio capitis prioris. Illic dixerat. Quæ pilo vestiuntur animal pariunt ut Pistris &c, hic subdit, pilo carentium non omnia animal pariunt. &c.

¶ **EX CAPITE. xv.** Comprehensa manu eorum abstrahant. Legendum forte, comprehensa manu deorsum abstrahant. Videtur ita in Plinio legisse Solinus de his loquens. Adeo ait robustis viribus, ut elephantes ad potum ventitantes mordicus comprehesos ipsorum manu rapiant in profundum. ¶ Intran̄t e magno mari pontum. Mare internum appellari magnum aut a Plinio alibi, aut ab alio auctore non memini. Proinde castigationem existimo, Intran̄t ex ægeo mari pontum. Corrigamus in transitu locum in pulcherrimo historiographo Cornelio Tacito libro. x. ubi de hac re agit, a nemine quod sciam visum. Quippe inquit Byzantium fertili solo fecundoq; mari, quia vis piscium in metapontum erumpens &c. Lege quippe Byzantium, fertili solo fecundoq; mari, quia vis Piscium innumera pontum irrumpens &c. Quid si in Plinio verbum illud, magno, ab indocto adiectum sit lectore. stolidam enim nautarum multitudo mare nostrum magnum appellat, ut legendum videatur. Intran̄t e mari pontum verno tempore. Quam lectionem videntur astruere verba mox paulo sequentia. Cordyla appellatur partus qui foetas redeuntes in mare autumnno comitatur. Non dixit, magnum mare, sed simpliciter mare. ¶ Limosæ vero a luto pelamides incipiunt vocari. Locum hunc audacter sic restituendum contendo. Reuersæ vere a luto Pelamides incipiunt vocari. Aristoteles libro sexto. Eodem redeunt verno tempore iam adeptæ eam magnitudinẽ qua Pelamides nomẽ accipiant. ¶ Gregatim cum suis quæq; ducibus. Rectius forte, gregalesq; suis quicq; ducibus. Aristote. libro octavo capite. xiiij. Sed Thunni. Limariæ. Hamiæ. subeunt pontum vere, æstatẽq; ibi traducunt, & reliqui fere plurimi fufanei & gregatilis generis eodem transeunt. Est sane plurima piscium pars gregatilis, neq; vllus grex caret duce. Petunt autẽ pontum pastus grã. ¶ Utroq; hebetẽ natura. Secus Aristot. lib. viij. capite.

cas. Francisci Massarij allucinatio.

cas. pilo carentium duo omnino ut animal pariunt delphinus ac vipera

cas.

cas. r̄nt maḡ m̄i potũ.

Cornelii Taciti loc?

cas. hõ seu aut luto pelamides.

cas. gregati suis quicq; ducibus.

cas. utroq; hebetẽ natura.

Capite. xiiij. sinistro enim non clare cernere ait. Confirmat id quoque Plutar-  
 chus libro vtra animalium &c. Quare æstimandum, an hic legendum sit. al-  
 tero vtiq; hebetate natura, vel sinistro oculo hebetate natura. ¶ Byzantij promō-  
 torium ex ea causa appellatum auri cōrnu. Cum libro quarto, capite. xj. in re-  
 latione Thraciæ promontorium hoc Plinius appellauerit Chryso-ceras, græ-  
 co quidem nomine, sed iure latij iam pridem donato, cur illic græco & publi-  
 co nomine, hic latino & inusitato vti maluerit, considerādum. Certe Plinius  
 græca vrbium & aliorum locorum vocabula vertere nequaquam solet, quod  
 vitiosissimum esse, nisi summa vrgente necessitate, in cōfessio apud doctiores  
 est. Quam ob rem dictionem. Auricornu. pro vera plinianaq; non habeo, sed  
 opinor ab imperito lectore suffectam in prioris locum, græcum nomē tāquā  
 rem magnam faceret, ita latine reddente. vnde fit vt Hermolai iudiciū in hac  
 parte non probem. ¶ Nec nisi intrantes pontum Byzantij capiuntur. Qui-  
 dam hunc locum restituere volentes, pro verbo illo. pontum, propontidē sub-  
 stituerunt, deprauatiore quam antea erat, reddentes. Nos alio modo curandū  
 putantes, sic legimus. nec nisi infantes tunc Byzantij capiuntur. Planissime  
 id ex Aristotele colligitur, libro octauo capite. xiiij. Sed cum pepererit inquit  
 & proles iam adoleuerit, exeunt post virgalias statim. Et si hiems austrina sit  
 tardius, si aquilonia sit citius, propter secundi flatus commoditatem, proles-  
 q; adhuc parua apud Byzantium capitur, vt pote cum longior mora in pon-  
 to non fuerit. Sed de cæteris & cum adeunt & cum exeunt constat. Hæc Ari-  
 stoteles. Vsurpare autem Plinium hoc nomē. infantes. etiam in animātibus  
 ratione carentibus, & supra curiosus lector obseruare potuit, & infra etiam le-  
 get, libro. x. capite. lxxj. de vespertilionibus. geminos volitat amplexa infantes.  
 De hac Pelamidum captura in Thraciæ sinu cui nomē est Melas cum epon-  
 to exeunt. Oppianus halieuticō. iiii. copiose. ¶ Animal est paruum, scorpio-  
 nis effigie, aranei magnitudine. Ex Aristotele hoc lib. viij. cap. xix. Meminit  
 & Oppianus secūdo. Illud tñ notandū, Athenæū nō legisse in Arist. Arache-  
 nes magnitudine hoc est aranei, vt Plinius & Theodorus videtur legisse, sed  
 drachmes hoc est denarij. ¶ Hoc se & Thynno, & ei qui gladius vocatur, cre-  
 bro delphini magnitudinē excedēti, sub pinna affigit aculeo, particulā. se. vt  
 superuacaneā detraho, & aculeū nō aculeo lego. Cæterū Aristo, a quo cuncta  
 hæc haurire videtur Plini⁹, nequaquam scribit vinci magnitudinē dphini, sed  
 celeritatē æquari a Xiphia hoc est gladio. Eius verba lib. viij. cap. xix. Thūni  
 & gladij agitatur a silo canis exortu, habēt. n. vtrūq; p id tēpus sub pinna ceu  
 vermiculū quē asilū vocāt, effigie scorpionis, magnitudine aranei, Infestat hoc  
 tāto dolore, vt nō min⁹ interdū gladius quā delphin⁹ exiliat, vnde fit vt nau-  
 gia sæpe numero incidāt. ¶ **E X C A P. xvj.** Sūt & in hac pte naturæ augu-  
 ria, Sūt & piscib⁹ pscita. Exēp. Salmāt. Sūt & piscib⁹ pscita in hac pte naturæ  
 auguria. Apo. Tol. & breuius & verius. Sūt & piscib⁹ præscita, reliqua super-  
 fluunt. ¶ Quo argumēto vates respōdere, Neptunū patrē adoptantē eū sibi.  
 Sex. Pompeio repudiato, Tanta erat naualis rei gloria, sub pedibus cæsaris

cas.  
Locus dilis-  
genter exo-  
pensus.

Hermolai  
iudiciā res  
probat.

Cas. nec nisi m infan-  
pontū byzantiū ca-  
piuntur.

Emēdatio  
eximia.

cas.

cas.

Cas. efficit aruleo

Cas. sunt 2 pscita  
in hac parte auguria.

Cas.

EX LIBRO

Cas. 44.
Locus opti-  
me restitu-  
tus.
Cas.
 futuros qui maria tempore illo tenerent. Apographon Toletanum, tum le-  
 git non. eum. & verbum illud. repudiato. in eodem non habetur. vt in vniuer-  
 sum legendum sit. quo argumento vates respondere (neptunum patrem ad-  
 optante tum sibi. Sex. Sompeio, tanta erat naualis rei gloria sub pedibus cæ-  
 saris futuros qui maria tempore illo tenerent. ¶ Aiunt & si iteretur gurges  
 interesse capturæ. Itaq; plures secundo tractu trahi quam primo. Potest qui-  
 dem hæc lectio tolerari, Sed melius magisq; ex mente Aristotelis legeres. te-  
 ratur. quam iteretur. & iactu quam tractu. Aristoteles libro octauo capite  
 quinto decimo, aiunt etiã si gurgitum ima sæpius terantur, plures eadem sa-  
 gena capi secundo iactu quam primo. Et verbum græcum. tribo. quo vtitur  
 Aristoteles proprie tero non itero significat. ¶ De in modicis imbribus gau-  
 dent. Legendum diuersa distinctione. De in modicis imbribus gaudent.  
Cas. Vidit hoc Massarius, confirmatq; Aristotelis testimonio libro octauo ca-  
Cas. pite. xix. ¶ EX CAPITE. xvij. Qui solus dicitur ruminare herbisq;  
 vesci. Videtur scribendum. algis. non herbis Aristoteles libro octauo capite  
 secundo. Muli vero & carne vescuntur & alga & concha & coeno. Capiones  
 coeno. Dasquilli coeno & stercore. Scarus & oculata, alga. ¶ Proxima est  
Cas. his mensa generis duntaxat mustelarum. Ambo exemplaria. pecoris. legunt  
 non. generis. quæ lectio non magno opere displicet. Nam & armentum &  
 pecus de piscibus etiam dicitur. Illud de maioribus, hoc de minoribus, vt ge-  
 orgicorum quarto de Proteo summus poeta. Quippe ita neptuno visum  
 est, immania cuius armenta & turpes pascit sub gurgite phocas. & Horatius  
 Primo odarum. Omne cum Proteus pecus egit altos visere montes. De  
 fucis quoq; virgilius. Ignauum fucos pecus a præsepibus arcent.  
Cas. ¶ EX CAPITE. xix. Nam stagna & amnes transeunt. Plerisq; euidentis  
 ratio est. Scribendum reor aliter & alia distinctione. Nam stagna & amnes  
Cas. transeunt pleriq;. Euidens ratio est. ¶ EX CAPITE. xxj. At hiemem  
 eadem in exigua aqua non tolerant, neq; in turbida. Audere aliquid par est,  
 vt vitiosissimus locus restituatur. Primum ergo expungendam arbitror hæc  
 dictionem hiemem quæ totam interturbat sententiam. Deinde non. tolerat.  
 legendum, sed durat. Sic omnia ad vnguem cum Aristotele quadrabunt.  
 Scribendum ergo. Durant & sine aqua senis diebus aquilone spirante, au-  
 stro paucioribus. Eadem in exigua aqua non durant, nec in turbida. Aristo-  
 teles octauo volumine, capite secundo. Viuere exemptæ a quis vel ad diem  
 quintum sextum ve possunt. Et aquilone plures durant, austro pauciores. Et  
 paulo post. Quin & si exigua in aqua stabulentur pereunt. Rursus eodem lo-  
 co. nam nisi aqua sit clara breui strangulatæ intereunt, branchias enim habet  
 exiguas. Hinc turbare aquâ soliti sunt qui eas piscantur. Preterea si vt Plinius  
 asserit non tolerat hiemem anguilæ in exigua aq; nec in turbida, sequitur vt aliqd  
 aliud ex cæteris tribus anni temporibus toleret. Nã si nullum tolerat quid oportuit  
 hiemem signasse. Atqui anguillas tolerare ver, aut æstatem, aut autumnum, in exi-  
 gua aqua aut turbida falsum esse, tum cotidiano experimeto patet, tum confirmatur

ab Aristotele, & Athenæo septimo. ¶ **EX CAPITE. xxij.** Hyemato lacu. melius, hyemante lacu. ¶ **EX CAPITE. xxiiij.** In sicco littore lapsas vulgus &c. Verbum, littore, falso additum putamus, contento alias semper auctore, siccum, tantum dixisse, ad græcorum imitationem qui, Xeram, vocant hoc est aridam seu siccam. Sic paulo ante capite, xx. In sicco quoque repunt & capite octauo, Delphinumque causam leti fatentem, non reuersum in maria, atque in sicco expirasse. De hac vulgata opinione, coire serpentes cum murenis, Oppianus primo. Athenæus septimo. Aelianus. xij. & Nicander in Theriacis. ¶ Aristoteles Myrinum vocat marem, & mox paulo, Myrinus unicolor & robustus. Lego priore loco Smyrum, posteriore, Smyrus, tum ex vetere utroque exemplari, in quibus quod notandum est, per, Z, in principio scriptum inuenies Zmyrus, vt Zmyrna, Zmaragdus, Zagunthus, antiqua consuetudine, de qua Priscianus & alij, tum ex Aristotele libro quinto capite decimo. Differunt inquit Smyrus & Smyræna hoc est muræna. Nam Smyræna varia est & imbecillior, Smyrus unicolor & firmus, colore pini arboris, dentesque intus & foris habet. Theodorus Smyrum, murum transtulit, quia videlicet Smyræna muræna vertitur. Athenæus myrum enunciat, & myrænam. Vtroque igitur modo profertur, Smyrus, Myrus, Smyræna, myræna. ¶ **Dentesque extra os habet.** Liqueat ex Aristotelis verbis paulo ante allatis, verba hæc imperfecta esse vnius defectu dictionis. Nam cum locus sit ad verbum vt aiunt ab Aristotele sumptus, planum est scribendum esse, dentesque intra extra os habet. ¶ **EX CAPITE. xxiiij.** Hæc græce in vniuersum selache appellauit Aristoteles primus, hoc nomine eis imposito. Castior multo Apographi Toletani lectio. Hæc græcia in vniuersum selache appellauit, Aristoteles primus hoc nomen imposuit. ¶ **Omnia autem carnosiora sunt talia.** Legendum carniuora, non carnosiora ex Aristotele libro octauo capite. ij. Suffragante etiam Apographo Toletano. Vidit hoc etiam Massarius. ¶ **EX CAPITE. xxv.** Plenam velis stetisse nauem portantem nuncios a periandro vt castrarentur nobiles pueri. Verbum, nuncios, redundat ex utroque exemplari. Et sane apud Herodotum qui libro tertio eius historię meminit, non inuenitur ea vox, sed duntaxat misisse Periandrum Sardis ad Haliatten, &c. Itaque expositionem puto fuisse lectoris supra verbum portantem, explicare volentis quid nauis periandri portaret. ¶ **EX CAPITE. xxvj.** Candidæ hieme mænæ & fiunt æstate nigriores Scribendum reor, Candidæ hieme mænæ, eadem fiunt æstate nigriores, ex familiari Plinio loquendi consuetudine. ¶ **EX CAPITE. xxvij.** Subit in summa maria piscis ex argumēto appellatus lucerna. Verbum, Subit, cum minore littera scriptum cum tribus sequentibus verbis annecte præcedentibus. Mox cum maiore lege. Piscis est argumento appellatus lucerna. De alio enim pisce loquitur. ¶ **Rursus draco marinus captus atque immisus in harenam cauernā sibi rostro mira celeritate excauat.** Lego captus atque missus, in arena cauernam &c. Et Romana exēplaria missus ha-

Vide an v.c. cap. xxij. ubi globos legi in fnti glomij legat

cas. 3miz. et semper Zmyrna nō Smyrna. et stū 3micus.

cas

cas

cas

cas

cas

cas. cap. 20. missus i arena.

## EX LIBRO

bent non immixtus. Aristoteles libro nono capite. xxxvij. Serpens maxima colore & corpore congrua proxima est, sed obscurior atq; acrior. Hæc si capta dimittatur foris, in arenam rostro quam primum adacta terebrat, subitq; tota. ¶ **EX CAPITE. xxix.** Cæterum per brachia velut acetabulis dispersis, eo hausto quodam modo cui adhærescunt, tenent supini. Vetusta exemplaria. Cæterum per brachia velut acetabulis dispersis, haustu quodam adhærescunt, Tenent supini. Sunt autem acetabula latine, seu cotyledones græce, mammæ illæ seu caliculi in brachijs polypi, dicti a similitudine vasis acetabuli quod alio nomine hemina dicitur. Cuius rei admonendos lectores duxi, ne Hermolai traditioni fidem habentes in errorem trahantur. Ait enim brachia polypi modo cirros, modo acetabula a latinis vocari, a græcis plectanas, plocamos. Cotyledonas, trichas, duas res diuersas in vnam confundens. Brachia enim polypi latini cirros, barbas, pedes, crura, crines, brachia, vocant græci plocamus. Plectanas, Trichas. At quæ a græcis cotyledones dicuntur, latini a similitudine vt dixi vasculorum acetabula appellant.

cas. dispersis haustis  
tu quodam etc.

Hermolai  
CITOR.

cas. colchotis

¶ Sed renasci sicut colotis & lacertis caudam haud dubium est. Colchotis ante Hermolaum legebatur. Ipse Colotis emendauit, genus lacertulæ apud Aristotelem ita appellari asserens. Aristotelis autem verba sunt libro nono capite primo. Colotæ hostis asinus est, dormit enim Colota in præsepibus & narem subiens asini, ne comedat impedit. Hæc aristotelis verba magis innuunt auiculæ genus esse Colotam quam lacertam, & ita Aldus sensit, vir impense doctus diligensq; ac de omni literarum genere quam optime meritus. Verum hoc loco, nec Colchotis, nec colotis legendum censeo, sed colubris, ex Aristotele libro secundo capite ultimo. Caudæ inquit etiam serpentibus atq; lacertis amputatæ renascuntur. Dictio rara quidem est. coluber. apud Plinium, aliquando tamen ea vtitur, vt libro. xxxij. capite sexto. Nec sum oblitus prodi a Plinio libro. xxix. capite tertio. Colotum eundem esse cum galeote & ascalabote, quem Nicandri interpretes in Theriacis similem esse lacertæ scribit, quod fortasse materiam errandi Hermolao præstitit. Sed ille colotus est, hæc colota, Ille idem qui & galeotes & ascalabotes. vnde fieri nequit vt sit genus lacertæ. Nam quod est simile lacertæ, non continuo & lacerta est. ¶ **EX**

Hermolai  
rephendat

cas. Pulcher  
locus.

cas. vix e exporrigunt  
se resupinati mire oibz  
marinis odorem qz eorum  
qua de causa et nasis illi  
nunt.

**CAPITE. xxx.** Sed si inuertatur elanguescit vis. Exporrigunt enim se resupinati. Scribo, sed si inuertatur elanguescit. Vix enim exporrigunt se resupinati. Ex Apographis Toletano & Salmanticensi. ¶ Mire omnibus marinis expetentibus odorem quoq; eorum, qua de causa & nasis illinuntur. Luxatus plane est ordo horum verborum. Subiungi enim debuerunt, illis quæ mox paulo sequuntur, fassamenta populari, ex eisdem exemplaribus. ¶ Color muria oblitus, odore diri. Scribendum odore viri, ex mille alijs plinianis locis. ¶ Afflatu terribili canes agebat, commodior lectio, abigebat, vt priorre libro de canibus, confectumq; plagis a corpore non recessisse, volucres & feras abigentem.

cas.

cas. simulq; ea descendere  
in suo sensu caretia  
nisi forte tusti id e' stat  
ore nauigantium humana  
cul. imitas in ca e'

¶ Simulq; eam descendere in duo sensu caretia, nisi forte tristi. Id enim constat omne nauigantium humana

calamitas in causa est. Scripta exemplaria, simulque eandem descendere. Cætera verba nihili sunt. Apinæ tricæque falso Plinio ascriptæ. Mirorque Hermolaum agnoscere ea, exponereque ut legitima. Nec enim Plinius descendere, mergiue, nauplio tribuit, ut Hermolaus accepit, sed conchæ. Hæc cum visu careant, sensuque omni alio nisi cibi & periculi, ut hoc ipso capite ostensum est, duo illa verba quæ in suis codicibus haberi ait, neque simul accipi possunt, neque conchæ tribui.

**TEX CAPITE. xxxi.** Cancrorum genera, Carabi. Astaci. Maiæ. Paguri. Heracleotici. Leones. Risum scio mouebit castigatio hæc mea lectoribus, quibus fortasse videbitur quod Horatius ait, ultra legem tendere opus, sed si diligentius animo versent portenta quæ cotidie in scribundis imprimundis vel libris committuntur, postrema excusorum imperitia, quibus interdum, immo sæpenumero contingit ut prima elementa latinæ linguæ ignorent, ut correctores præteream non multo illis aliquando peritiores, remittent puto multum ex opinione sua, bonique consulent meam hanc audaciam in restituendis aliquot iam oblitteratis ex doctorum memoria locis, modo id fiat idonei scriptoris auctoritate, & potissimum ex eorum numero quos secutus est Plinius. Ligo igitur non leones, sed fluuiales. Aristoteles libro quarto capite secundo, Cancrorum genus multiplex est, nec facile enumerandum. Maximum quas maias appellant. Secundum paguri, & quos Heracleoticos vocant. Tertium fluuiales. Ceteri minutiores & nullis pene nominibus annotati. Hæc Aristoteles, quæ ad verbum mutuatus videtur Plinius. Sunt quidem Leones in mari Oppiano. Hippocrati. Plinio. Claudiano etiam alibi, sed nemo eos ex genere cancrorum esse prodit, nihilque ad præsens institutum illi.

**TEX CAPITE. xxxii.** In Phœnice hippæ. Scribendum reor Hippees seu hippeis, hoc est equites. Aristoteles libro quarto capite secundo, genus cancrorum littorale Phœnice fert, tantæ velocitatis ut vix consequi sit, unde hippeas id est equites illos appellauerunt.

**TEX CAPITE. xxxiii.** Pectinatim imbricatim vndata. Adde verbum, diuisa, ex ambobus codicibus, Pectinatim diuisa. Imbricatim vndata.

**TEX CAPITE. xxxv.** Non recte recipit hic nos rerum natura nisi nudos. Multa Hermolaus in expositione huius loci, quem tamen (nisi opinione fallor) neque emendate legit, neque sensum percipit. Mea igitur sententia locus hic cum interrogatione legendus est. Num rite recipit nos hæc rerum natura, nisi nudos? Neque enim de terra loquitur, sed de mari & elemento aquæ, quam ingressuri vestes ponimus, unde sequitur statim.

**TEX CAPITE. xxxvi.** Esto si tanta ventri cum eo societas. Scribo contra omnia exemplaria, Esto. Sit tanti, ventri cum eo societas. hoc est constet tot laboribus periculisque, hæc quam venter iniit cum mari societas.

**TEX CAPITE. xxxvii.** Parum sit nisi qui vescimur, periculis vestiamur. Ligo, quis non qui, festiuior erit ita sensus.

**TEX CAPITE. xxxviii.** Candorem conspici, si vero turbidus & foetum fordescere, eundem palleare celo minante. Legendum reor candore conspici, hoc est conspicuas visendasque esse candore, & palleare habet uterque codex non palleare, ut sicuti præcessit fordescere, ita subsequatur palleare.

Iudicium  
Hermolai  
taxatur.

cas.

cas.

cas.

Male Her  
molau.

cas. esto sit tanta  
ventri cum eo societas.

cas.

cas.

cas.

## EX LIBRO

cas. spes inflata  
cas.

cas. zepetio  
mdici.

cas. potatu. Egregius  
Siquid cu id fecer  
otalia appellat

cas.

cas.

cas. n. n. n. n.  
e. n. n. n. n.  
tui appellat  
femp.

cas. noht  
n.

cas.

cas.

cas. cum tra  
viri tragunt.

cas. ita demu  
eum expuente.

cas. reficere

cas.

Speciem modo inani inflatam Apographon Toletanū. specie modo inani inflatas. Fastigiata longitudine, legendum fastigata. Nam fastigio. nō esse verbum latinum in Pomponium diximus. Astipulatur etiam vtrūq; exemplar. Clarior in rubro mari repertus. Indicus speculariū lapidum squamas assimulat. Scribe. Clarior in rubro mari repertis, Indico, specularium &c. Ex exemplari Toletano. Subeunt luxuriæ eius nomina, & tedia exquisita perditione portatu, si quidem cum id fecere crotalia appellant. Hic locus & hermolauum & multos post illum frustra torfit, diu me quoq; suspensum tenuit. Tandem puto aut restitutum omnino esse, aut parum ei deesse quominus in integrum restitutus sit. Scribe igitur sic. Subeunt luxuriæ nomina, & tedia exquisita perditu nepotatus, si quidem cum illifere, crotalia appellat. Primum vtrūq; exemplar. potatu. præfert, non portatu. Deinde verbum hoc. nepotatus. familiare est Plinio quoties vult in luxū sui temporis inuehi, vt ex sequentibus libris patebit. Item. Illifere. scripsi, pro duobus illis verbis. id fecere. quia sequitur paulo post, Ceu sono quoq; gaudeant & collisu ipso margaritarū. Auribus. collo. manibus. digitisq;. Ambo exemplaria. auribus. collo. manibus. digitis. Non illos curru detractos quam in hoc vicisse malit. Scribendum reor. Non illos currus defractos, quam huius. cccc. H. S. malit. Iniecit alteri manum. L. Plancus iudex sponsionis eius, eum quoq; paranti simili modo absumere, victūq; antonium pronunciauit. Legendum videtur. Munacius Plancus ex Macrobio tertio Saturnaliorum. Fuit hic vnus ex amicis Octauij, cuius sententia. augustus. appellatus est. Construxit Romæ templū saturni auctore Suetonio in Augusto. Præterea opinor verba hæc partim permutata esse, partim etiā non nihil corrupta, scribendaq; hoc conceptu. Iniecit alteri manum, eūq; parante simili modo absumere, Munatius Plancus iudex sponsionis eius, victū antoniū pronunciauit. Ne in triuuiratu suo &c. Præpositio delenda, ex vtroq; exemplari. **EX CAPIT E. xxxvj.** Purpuræ uiuunt annis plurimum septenis. Lego. senis. non septenis. Aristoteles libro quinto capite. xv. Tempus viuendi & purpuris & Buccinis longum, annos enim circiter sex purpuræ uiuunt. Quia cum vita sua succum eum euomunt. Verbum. sua. demendum ex Apographo Toletano. Minores trapezitis frangunt. Vtrūq; exemplar. minores cum terra vitis frangunt. Legendum arbitror. minores cum testis frangunt. Aristoteles libro quinto. Paruas inquit purpuras tundunt cum testis, non enim detrahare facile est. maiorem florem testa ablata detrahunt. Ita demū rōrem eum excipientes. Apographon Toletanum. expuentes non excipientes. **EX CAPIT E. xxxvij.** Quoniam cum foetificauere fluxos habent succos. Idem apographon non foetificauere habet, sed cerificauere, recte puto. Aristoteles libro quinto. Capiuntur purpuræ tempore verno cum fauos extruunt. & mox paulo. cum fauificant purpuræ, tum deterrimum habent florem. Ipse quoq; Plinius in initio capitis. xxxvj. Congregantur verno tempore, mutuoq; attritu lentorem cuiusdam ceræ saliuant, siue cuiusdam cerij, idest faui, vt alij legunt, quod idem

de verbo cerificariere dici potest, significare videlicet aut ceras aut fauos face-  
 re, quãuis verbum compositum ex græco & latino raro reperiatur. **TEX**  
**CAP. xxxix.** Pro inuiso humani potus excremento. Apog. Tol. & pro indi-  
 uiso humani potus excremento. Salmanticense quoq; exemplar in diuiso ha-  
 bet, non inuiso. quam lectionem tantisper retinendam censeo, dum melior  
 inueniatur, quæ tamen idoneum habeat assertorem. **T**antoq; dilucidior,  
 quanto magis &c. L ego dilutior, non dilucidior ex exemplari Salmantice.  
**EX CAPIT. xliij.** Illa ore compresso quicquid inclusit exanimat. Ver-  
 bum, ore, in Archetypo Toletano non legitur. Et sane Aristoteles libro quin-  
 to capite. xvj. non os comprimi a concha tradit. Eius verba, Nasci etiam in cu-  
 bilibus spongiarum nouimus bestiolam aranei similem, nomē pinnothera  
 mutuante. Degit hæc intra spongiarum cubile, & aperiendo claudendoq;  
 pisciculos capit. Aperit antequam ingrediantur claudit & contrahit cum in-  
 gressi sunt. Hæc Aristoteles. Apud quem an legendum sit pinnothera cum  
 aspiratione, an sine illa, non absurde dubitari posset, ut sit pinnoter quasi pin-  
 narum custos, quod alterum nomē pinnophylax ostendit. Confirmat id plu-  
 tarchus in libro vtra animalium &c. Nisi quis dicat appellari pinnother quod a  
 pinna venetur pisciculos. L ego igitur in Plinio, Illa compressa quicquid in-  
 cludit exanimat, ut quemadmodum ante venationem dixit pãdere se, sic in ve-  
 natione & captura dicat comprimi. **EX CAPIT. xliij.** Glanius qui &  
 glanis vocatur, auersos mordet hamos &c. Hermolaus alterutro ex duobus  
 modis hũc locũ castigat. Vnus est. Glanius qui & glanis vocatur, alter, Glau-  
 cus & qui glanis vocatur. Neuter verus est, neq; item vero similis. Nã quod  
 hermolauus ait Aristotelem libro nono scribere de glani, hoc ipsum quod hic  
 a Plinio traditur, falsum est. Id ut constet Aristotelis verba de glani subiũgã,  
 ex eodem libro nono, capite. xxxvij. Tunc si minor sit natu, minusq; usu exer-  
 citatus, facile hamo capitur, sed si perit & hamifraga est, morsu dentis sui du-  
 rissimi rumpit hamũ, & foetũ assidue custodit. Hæc Aristot. De Cætero Plu-  
 tarchus lib. vtra animalium, nõ glani hoc tribuit qui silurũ vertitur apud nos,  
 sed cestreo qui mugil. quo auctore nisi dura esset castigatio scribendum cen-  
 serẽ. Cestreus qui mugil a nobis vocatur, auersus mordet hamos. Nec mihi  
 hac in parte satisfacit Franciscus Massarius, vir alias dignissimus qui maxi-  
 melaudetur. Quomodo igitur hic locus restituendus sit, æstimandum exa-  
 ctiore diligentia. **EX CAPIT. xliiij.** Et nunc grandium nauium in sa-  
 lo, aptior lectio Archetypi Toletani. Et nunc grandiorum nauium. **EX**  
**CAPITE. xlvj.** Canicularum maxima multitudo. Exemplar Salmanti-  
 cense. Canicularum maximemultitudo. **I**psi ferunt & nubem quandam  
 crassescere super capita, planorum piscium similem. Scripta omnis & impressa  
 lectio. Ipsi ferunt & nubem quandam crassescere super capita animalium pla-  
 norũ pisciũ simile. Correctores non percipiẽtes quo pertineret verbũ illud ani-  
 maliũ exemerũt illud. Nos putamus retẽto eo, sed loco dũtaxat mutato scri-  
 bendũ sic, Ipsi ferunt & nubem quandam animalium crassescere super capita,  
 h iij

cas. et q̄ pro inuiso  
 huãm potus excremento.

cas. dulcior. que uox  
 ad dilutior accedit.

cas.

cas. Glancius q̄ glanis  
 uocatur.

Falsa pro  
 di ab Hera  
 molao.

Franciscus  
 Massarius  
 non satis  
 facit.

cas.

cas.

cas.



## EX LIBRO

planorum &c. Cui lectioni fauent verba illa quæ statim sequuntur. Nubem enim & nebulam cuius nomine id malum appellant, inter animalia haud vllam compit quiquam. ¶ **EX CAPIT E.** xlvij. Certissima est securitas vidisse planos pisces. Videtur legendum Anthias pisces, non planos pisces. Quæ castigatio & si aspera duraq; est, deuoranda tamen, vt in Plinio, in quo alias multo atrociores esse, constabit ex sequentibus, & constitit ex præteritis, ad quas si quis pauit, perinde faciat, ac malus chirurgus, qui adhibitus ad secanda exurenda ve inueterata vlcera, parcens ægrotantis cruciatibus, a curatione desistit. Aristot. libro, ix, capite, xxx. Quo in loco Anthias fit, nullam ibi beluam esse confessum est, quo iam indicio secure spongiatores vrinantur, & sacrum hunc piscem ob eam rem nominant. Hæc Aristo. Porro qui nam vocentur sacri pisces, longa est disputatio apud Athenæum volumine septimo. ¶ **Aut** quæ capillus maxime celat. Scribendum puto, & quæ capillus &c. Tolleitur ita omnis ambiguitas. Neque enim alterum modo animal, sed vtrūq; in mari gignitur. Aristoteles libro quarto capite, x. pisces enim vel manu facile caperentur dum dormiunt, nisi pediculis & pulicibus appellatis sollicitarentur. Nunc vero si somno dati immorentur, noctu ab innumera multitudine illarum bestiolarum occupati absumuntur. Gignuntur hæc in profundo maris tanta foecunditate &c. ¶ **EX CAPIT E.** xlviij. Arbores infixus radici necat. Legendum arbitror, radicitus non radici. Ex Aetio libro octauo capite, xxxviiij. qui non radici modo infixum, sed cuiuscūq; affigatur parti, arbores necare prodit. ¶ **EX CAPIT E.** l. Nisi editis ouis inter se versando mares & foeminæ vitale asperferint virus. Aliquot ex his verbis si recte coniunctio superuacanea sunt, ab emendatore seu expositore incōsiderate adiecta. Nam mares suapte natura circa tēpus quo foeminæ pariunt, copia seminis turgent, vt ad emissionem seminis, non sit necessaria mutua illa versatio maris ac foeminæ. Item foeminæ vitale illud nirus non aspergūt, sed mares duntaxat Aristoteles volumine de generatione animalium tertio, capite quinto. Tempore enim eodem mares semen genitale, foeminæ oua habent, & quo foemina propius ad partum accedit, eo copiosius & humidius redditur semen genitale in mare, & vt incrementum seminis in mare, oui in foemina eodem tempore euenit, sic emissio, neq; enim foeminæ vniuersum, sed paulatim pariunt, neq; mares semen suum vniuersum emittunt, & libro sexto de historia animalium, capite, xiiij. Nec vero hæc omnia foecunda, sed quibus mas semē asperferit genitale. Sub partu enim mas sequens semen ouis aspergit, & quæ vitale id virus contigerit, ex his pisciculi enascuntur, ex cæteris vt contigit. Ex his Aristotelis verbis euidenter apparet, vera plinianaq; verba esse, nisi æditis ouis mares vitale asperferint virus, reliqua adulterina esse. ¶ **EX CAPIT E.** lj. Planis piscium quibus cauda non obest aculeiq; vt testudines & raix coitu superueniunt. Dictionem illam, testudines, pro pliniana non agnosco. Nemo enim testudines, planos pisces dixerit, immo nec simpliciter pisces, quippe quæ sint quadrupedes Aristoteli libro quinto capite tertio, & idem auctor tradit in li-

cap. quib; cauda  
nō est aculea  
iq; et testudines  
nō in coitu su  
perueniunt.

bro de spiritu, testata omnia ex aquatilibus prædita esse pedibus ob grauitatem. At pisces pedibus carere, Aristoteles idem prodit, libro secundo, cap. xiiij. Quapropter & si scio visum iri hanc vt plerasq; alias, asperam castigationem, contenderim tamen, non testudines hic, sed pastinacæ legendum esse. Aristoteles lib. v. cap. v. Plani aut eiusede generis, ijdeq; habetes caudã vt raia, pastinaca & reliqua huiuscemodi, nõ solũ admotis supinis, sed et tergo foeminarũ supinis mariũ superpositis (modo cauda impedimẽto nullo ob crassitudinem fit) coeunt. ¶ Circa nauigia diutius stante. Apographon Toletanum, stãtia legit non stante. ¶ Et lignum maxime. Scribendum opinor, sed ligno maxime. Aristoteles libro de generatione animalium tertio, capite vltimo. Omne genus testaceum sponte institui apertum hinc est, quod nauigijs putrescente fece spumosa adnascuntur, & locis multis vbi nihil tale aderat ante, post inopiam humoris facto coeno, ostreæ prouenerunt. Vt apud Rhodum insulam cum classis applicuisset, & fictilia proiecta essent in mare, tempore post coeno obducto testis, ostreæ in his reperiabantur. Quid si legas ilignos maxime nõ & lignum maxime. ¶ Quædam tempore anni gignuntur. Recte qui tempore anni legunt. Aristoteles libro sexto capite. xv. fiunt locis vmbrosis apricis ve, quoties temporis beneficio solum tepescit, vt in attica terra apud Salaminem, & iuxta Themistocleum & in Marathone. ¶ Eodem tempore euanescent. Scribo, eodem tempore viuiscunt seu vt alij malunt enunciare viuiscunt. Et paulo ante. ¶ Sicut acescente humore culices atq; spuma maris incallescẽte cum admissus est imber. Scribo ex vtroq; antiquo exemplari. Sicut acescente humore culices, apuæ, spuma maris incalescẽte, cum admissus est imber. Plinius libro. xxxj. capite octauo. Cœpit tamen ex inutili pisciculo minimo, q; confici, Apuam nostri, Aphyam græci vocant, quoniam pisciculus e pluuia nascitur. ¶ Vt multitudine ouorum occisi nõ recipiant cauo capitis quæ prægnantes tulere. Scribo, quo prægnantes tulere. Scribo, quo prægnantes tulere non. quæ & c. Aristoteles libro quinto capite. xvij. Pendent vtiq; per cubile oua, tanta foecũditate, vt collectis vas impleatur longe amplius quam caput sit quo continebantur. ¶ De hiscentepropter multitudinem vtero parit. Scribo propter magnitudinem, ex Aristotele euidentissime libro de generatione animalium. ij. capite. iij. Sũt inquit quorum vterus dehiscat & dirumpatur, vt quæ acus vocatur præ magnitudine ouorum. Hæc enim pro multis, maiusculos habet conceptus. Quod enim natura numero ademerat, magnitudini addidit. ¶ Quod & in cæcis serpentibus tradunt, legendum, cæcilijs, non cæcis, ex eodem Aristotele libro sexto. Qui autem vocatur acus, vnus tempore pariendi vtero dehiscẽte oua emittit, habet enim hic rimam quandam sub ventre imo vt ceciliæ serpentes, a partu autem viuut & vulnus coalescit. Vidit hoc Massarius. ¶ Parit oua & rursus obruit terra. Tricesimo die refossa aperit. Erratum in ordine verborum. Scribendum, Parit oua & obruit terra. Rursus tricesimo die refossa aperit. Sumptum (vt cætera) ex Aristotele libro sexto cap. xxxij. ¶ **E X C A P I T E, liij. Quadraginta. H. S.**

cas.

cas.

cas. quoda r pte

cas.

Pulchra ca  
stigatio as  
puæ. pro at  
que.

casar. c. apua  
ht.

cas.

cas.

cas.

cas.

## EX LIBRO

Cap. xl. ipi piscum,  
a defuncto illo vine  
pisces

Macrobij  
error.

Budæi er  
ror.

Macrobij  
alter error

piscinæ a defuncto illo veniere pisces. Prior & vulgata lectio. Quadringētis ipsius piscinæ a defuncto illo veniere pisces. Cæterū de hoc loco celebres duo in literis viri contendunt Franciscus Massarius & Budæus. Massarius vulgaram lectionem tuetur, Budæus quadraginta defendit, ait enim in codicibus antiquis quadraginta legi non quadringentis, quod etiam nos ex exemplarium nostrorum fide, ita esse, ei facile concedimus. Hanc summam ille taxat aureis mille, linea videlicet superposita quadragenario numero, ut codices præferunt vetusti multiplicationem per millenarium designante. Confirmatq; sententiam suam auctoritate Macrobij tertio Saturnalium sic scribentis. Etiam illud indicium est quod, M. Varro in libris de agricultura refert, M. Catonem qui post vticæ periit, cum hæres testamento Luculli esset relictus, pisces de piscina eius, xl. M. vendidisse, hætenus Macrobius. In quo illud notare succurrit, deprauatum Varronis numerum Macrobius fefellisse, & Macrobij auctoritatem Budeum. Nam in varrone corruptum esse numerum, xl. legendūq; quadringentis, apparet manifeste ex columella qui & ipse Varronis affectator, verba illius referens libro octavo. capite. xvj. sic ait. Attamen his temporibus quibus hanc memorabat Varro luxuriam maxime laudabatur severitas Catonis qui nihilominus & ipse tutor Luculli grandis ære sestertium, M. quadringentorum pisces pupilli sui venditavit. Ex his verbis manifestum est, Columellam in Varrone non quadraginta ut Macrobius, sed quadringentis legisse. De Sinceritate vero, integritateq; Varronianæ lectionis plus multo fidei habendum esse Columellæ (viro eminentissimæ doctrinæ & singularis faciendæ, quiq; inter cæteros alumnos, præcipuum est hispaniæ nostræ ornamentum) quam macrobio, quis ambigat? Ita fit, ut hac in re a Massario stem, & longe a Budæo dissentiam. Ille Columellam & Pliniū ex Varrone & Macrobio castigat. Ego e contrario Varronis & Macrobij verba mendosa, ex columellæ auctoritate castiganda censeo, & Plinij vulgatam lectionem tuendam, Ac sane si recte res æstimetur, videtur ratio ipsa id proclamare. Nam si quadraginta sestertium, M. summam colligunt aureorum, M. ut Budæus ait, & ego illi assentior, qua ratione columella grande æs, mille aureos dixisset, quos neq; in tanta nostrorum temporum egestate si cū imensa illa romanarum diuitiarum affluentia conferatur, grandæ æs quispiā appellauerit. Quod si columellæ summa quadringentorum, M. sestertium in gens alicui & communem excedens fidem visa fuerit, meminisse eorum debet quæ Plinius supra scripsit hoc ipso libro, capite. xvij. At nunc coci triumphorum precijs parantur, equorum seu ut alij legunt cocorum pisces. Quod non de nihilo & temere, aut ficta criminatione dixisse putandum est Pliniū, sed quod tales essent mores suorum temporum, quæ omni genere incontinentiæ & luxus a prisca illa maiorū frugalitate degenerantia, pessum ire inceperant. Sed & Macrobius grauer errat, scribens Catonem hæredem a Lucullo relictum, quod sane neq; in ipso cuius vtitur testimonio Varrone neq; in alio latino græco ve auctore Macrobius ynquam legit, Sed quia in Plinio

legerat defuncto vita Lucullo, pisces Catonem ex piscina eius venditasse, idcirco credidit bona Luculli hereditario iure ad Catonem peruenisse, largiter allucinatus. Nam ex eo ipso Varrone & Columella discere potuisset, Catonem tutorem luculli relictum non hæredem. Quod si etiam non percipiebat, Sciat Lucullum imperatorem fato defunctum, puerulum filium, lucillum nomine reliquisse, quem sustulerat ex Seruilia Catonis sorore, muliere impudica, quam procreato hoc filiolo ob vitæ probra repudiauit. Hic igitur puer luculli maioris filius & illius vt dixi appellatus nomine, paternorum bonorum hæres fuit. Quæ cum per ætatem administrare non posset, tutor ei datus est Cato yticensis auunculus. Auctor est Plutarchus in vita Catonis yticensis. Hic igitur Cato lucullianas delicias exofus, parumque necessarias pupilli incrementis iudicatis, pisces illos quam potuit maximo precio permutauit. **CEX**  
**CAPITE. lvi.** Huius villam intra quam modicam quadragies piscinæ venierunt. Ambo exemplaria. vendiderunt. præferunt non venierunt. Budæus cum quo iterum mihi res est libro secundo de assè hunc locum sic legit. Huius villam intra quam modicam. xl. piscinæ vendiderunt, profiteturque se id facere ex vetere lectione & Varrone ac Macrobio. Nos aduersus veterem lectionem & Budæum ac Macrobius, pisces, legendum contēdimus non piscinæ. Nam Varronis auctoritas qua iuitur Budæus mihi fauet non illi, confirmatque, pisces vt ego sentio, non piscinæ vt Budæus, scribendum esse. Potuit enim vnica duntaxat piscina, villam hirij tanti vendere, & possunt in vna tantum piscina multi esse & magnæ taxationis pisces, vt ex fine capituli præcedentis patuit. Sed Varronis ipsius verba, ex libro de re rustica tertio capite. xvij. apponam, vt apertius fiat vtro ex duobus modis legendum sit, piscinæ vt Budæus, an pisces vt ego sentio. Hirius inquit circum piscinas suas ex ædificijs duodena. M. sestertium capiebat. Eam omnem mercedem escis quas dabat piscibus consumebat, nec mirum, vno tempore enim memini hunc Cæsari. vj. M. murænarum mutua dedisse in pondus, & propter piscium multitudinem quadragies sestertium villam venisse. Hactenus Varro. Ex cuius verbis colligitur, ob pisces numerosos non piscinas villam Hirij venisse tanti. Præterea si (vt ait Varro) ex ædificijs quæ circum piscinas erant, duodena. M. sestertium Hirius capiebat, insumebatque pascendo egregio illo pecore, qua ratione piscinæ illæ tantæ æstimationis simul cum villa mediocri precio quadragies sestertium hoc est mille aureorum venire potuerunt. Sed non vniuersas dicet quis Hirij piscinas cum villa venditas, sed aliquot earum. Tantum abest vt eos probem qui ita sentiant, vt mirer potius attempta piscium quæ illis temporibus erat ingenti æstimatione vnicam etiam piscinam, cum villa quantumcumque mediocri, tam exiguo precio venalem inuentam. Macrobius vero qui aliter sentit, rem non accurate perpendit, vt pleraque alia, de quibus lis homini intendi non iniuria posset. mendosum enim Plinij exemplar nactus in errorem ipse lapsus est, & Hermolaum vna secum traxit. Parem inuenies in Columella mendam, nam ybi pisces scribi debuit, piscinæ falso scriptum est. Attamen

Corra Budæum.

Cats. intep modicu  
 xl. piscine uendide  
 zunt.

Macrobius  
 errat.  
 Hermolai  
 error.  
 Columella  
 la locus.

EX LIBRO

inquit libro octavo, capite, xvj. iisdem temporibus quibus hanc commemo-  
rabat Varro luxuriam, maxime laudabatur severitas Catonis qui nihilomi-  
nus & ipse tutor Luculli grandi ære sestertium. M. quadringentorum pisci-  
nas pupilli sui venditabat. Scribendum pisces pupilli sui venditabat, tum ex  
Varrone libro tertio, unde id Columella transtulit, tum ex Plinio in fine ca-  
pitis præcedentis. adde etiam si placet ex Macrobio tertio Saturnalium.

**EX CAPITE. lvi.** Separatim ut essent albæ quæ in Reatino agro nas-  
cuntur. Legendum videtur. Albulæ. nõ albæ. ex ipso quem in fine capitis pro-  
fiteretur sequi Varrone, libro tertio capite de Cochleis. Genera ait Cochlearū  
sunt plura, ut minutæ, albulæ, quæ afferuntur e Reatino. ¶ Quin & saginā  
earum commentatus est. Sic omnia præferunt exemplaria, sed magis placet  
commentus est. ¶ Cuius artis gloria in eam magnitudinem perducta sit.  
Castior lectio, perductæ sint, ut referas ad Cochleas. **EX CAPITE.**  
**lvij.** Circa Heracleam & Cromnam & multifariam in ponto vnum genus ef-  
se &c. Romana impressio, & parmensis iteq; aliæ, aliter legunt. Circa Hera-  
cleam & Toronem & lycum amnem & multifariam &c. Apographo Toleta-  
num & Salmanticense. Circa Heracleam & Scrona & multifariam &c. Re-  
cte qui pro Scrona Cromnam substituerūt. Est enim Cromna maritima pa-  
phlagoniæ vrbs, in ponto, prope Tium & Heracleam ad Lycum, omnibus  
gregatim auctoribus. Nam & in vrbe eiusdem Paphlagoniæ Tio, huiusmo-  
di etiam pisces gigni Athenæus tradit libro octavo, ut verisimile fiat, eadem  
ratione qua Tij reperiantur, posse etiam Cromnæ reperiri. Aristoteles in libro  
de admiranda auditione, In vrbe inquit Heraclea ponti & in Rhegio gigni  
aiunt fossiles pisces, vbi mendosissime, & in Rhegio, scriptum est, pro & in  
Tio. Sane verba illa, & lycum amnem, quæ in impressis codicibus haberi, in  
scriptis desiderari dixi, Pliniana esse & legitima, incuria vero librarioru omis-  
sa, planum faciunt quæ Plinius paulo post scribit, circa Heracleam eandem,  
eodēq; lyco amne, quæ tamen verba non suo loco posita sunt. Collatis igitur  
accuratius his quæ Aristoteles. Theophrastus. Athenæus. Plinius scribūt vi-  
detur mihi, locum hunc vitiatissimum sic posse corrigi. Circa Heracleam ad  
lycum amnem, & Cromnam, & multifariam in ponto, vñ genus esse, quod  
extremas fluminum aquas sectetur. Nam Heraclea hæc Paphlagoniæ, ut ab  
alijs eiusdē nominis vrbsibus distinguatur appellari ab scriptoribus solet He-  
raclea ad Lycum, seu heraclea ponti. Plinius libro sexto, capite primo. oppi-  
dūq; heraclea Lyco flumini appositum. Theophrastus libro de piscibus.  
Quædam enim non ex animalibus ut anguilla, videtur autem hæc fieri si-  
cuti & qui vocatur centriscus apud Heracleam circa lycum fluuium. ¶ Qui  
ad pabula petenda palpitent exiguis branchijs, quod fieri non indigo humo-  
ris. Scribendum reor diuersa lectione & interpunctione, qui ad pabula peten-  
da palpitent, exiguis branchijs, quo fieri non indigos humoris, ut sit sensus,  
habere eos pisces exiguas branchias, eoq; fieri ne indigeant humoris. Nam  
quæ ex aquatilibus exiguis branchijs prædita sunt, minore indigere refrigera

Locus Ari-  
stotelis.

cas. nõ h̄t.

cas.

tione quæ ex aqua percipitur, præter Aristotelem, Theophrastus quoque in li-  
 bro de piscibus prodit, unde hoc videtur a Plinio tralatum. ¶ Miraturque &  
 ipse gigni sine coitu. Humoris quidem &c. Verbum. Humoris cum mino-  
 re litera scribi, & antecedentibus iungi debet, ut sit, sine coitu humoris, hoc est sine  
 restagnatione aquarum, ex Theophrasto libro allegato. Quæ vero statim sub-  
 texuntur, inuerso ordine scribi debent. Vim quidem aliquam inesse quam pu-  
 teis arbitratur. ¶ Quicquid est hoc, certe minus admirabile, talparum facit vi-  
 ta. Ambo exemplaria, & recentior omnis lectio. Quicquid est hoc, certe mi-  
 nus admirabilem talparum facit vitam. Hæc est vera & pliniana lectio. Her-  
 molaus tamen parum accurate horum verborum sensum scrutatus, elegantio-  
 rem ait esse lectionem quorundam codicum in quibus habeatur, ut a princi-  
 pio legi. Qua in re ut censeo Hermolaus aberrat, idcirco existimo hac rōcinatio-  
 ne probari posse. Mirum quidem videtur, Talpam animal terrestre sub terra de-  
 gere, magis tamen mirum est, piscem sub eadem terra viuere. Quia cum sit  
 Talpa animal terrestre, ut cuique viuunt tamen in proprio elemēto, at piscem aqua-  
 tile animal, extra proprium domicilium, in aliena sede sub terra degere maius  
 multo miraculum est. Hoc cum ita se habeat, cōstetque, mirum magis esse, pis-  
 cem sub terra quam talpam vitam ducere, piscium vita miraculum Talpæ ele-  
 uabit, non retro. Nam maius miraculum minus imminuit, non a minori im-  
 minuitur. ¶ **EX CAPITE. lxi.** Concharum e genere sunt dactyli ab hu-  
 manorum unguium similitudine appellati. Verbum, dactyli, adiectitiuū opi-  
 namur. Reliqua sic legimus. Cōcharum e genere sunt ab humanorum simi-  
 litudine, ungues appellati. Plinius supra capite. xxxiiij. Pectines in mari ex eo-  
 dem genere habentur, reconditi & ipsi in magnis frigoribus ac magnis æsti-  
 bus, unguesque velut igne lucentes in tenebris, etiam in ore mandentium. Cū  
 igitur illic Plinius ungues appellauerit, non est quod credi debeat hic velut  
 mutato proposito dactylos hoc est digitos nominasse. Credibilis est adie-  
 ctam ab aliquo temere eam dictionem. Aristoteles libro quinto capite. xv. So-  
 lenas græce vocat, Theodorus ungues vertit. Dioscorides etiam libro secun-  
 do, capite octauo. Concham Onychem hoc est unguem appellat, cuius suffi-  
 tu strangulationem vuluarum tolli, & excitari comitiales scribit. Repetit idē  
 Paulus septimo, unguis operculum esse tradens indicorum conchyliorum,  
 quorum suffitu excitentur vuluæ strangulatione laborantes, & epileptici.  
 Item epotum ventrem ciere. ¶ **EX CAPITE. lxiij.** Polypum in tantum lo-  
 custa pauet, ut si iuxta viderit omnino moriatur. Locustam conger. Rursus  
 Polypum congeri lacerant. Locus est ab Aristotele desumptus ad verbum fe-  
 re ex libro octauo capite secundo. Ergo Aristoteles nos docebit eius curatio-  
 nem. Aegrotauit enim hætenus & quidem capitali morbo. Illius verba sunt.  
 Locustæ vel pisces maiores conuincere possunt. Euenit vsu ut locustis poly-  
 pi superiores sint, & adeo ut si eisdem in retibus senserit locusta Polypū præ-  
 metu emoriatur. Congros locustæ conuincunt, nam elabi non queunt pro-  
 pter crustæ asperitatem. Congri Polypos superant, sed edere non possunt,

cas.

cas.

Hermolaus  
fallitur.

cas.

cas.

## EX LIBRO

læue enim & lapsum polypi corpus vsu hostis effugit. Ex his Aristotelis verbis constat legendum esse apud Plinium, non locustam conger vt hactenus lectum est, sed locustæ congrum, rursus polypum congru lacerant. De reliquo. Archetypum Toletanum, iuxta viso, legit, non si iuxta viderit.

### EX LIBRO DECIMO.

Capite primo.



**R**AEMIA EX HIS OVA, PRO QVI  
busdam habita vasis. Scribo permutatis verbis, qui  
busdam habita pro vasis. ¶ Conosq; bellicos & ga  
leas adornantes pennæ. Malim legere, conisq; bellis  
cis galeas adornantes pennæ, ex Theophrasto libro  
quarto de stirpibus, capite quarto. ¶ **EX CAPI**  
**T E**, ij. Viuere annis, dclx. Exemplar Salmanticens  
se, d. lx. Toletanum, d. xl. vero propius, auctore Se  
neca, qui ait, virum qui vere dicatur bonus, quin  
gentesimo quoq; anno nasci vt Phoenix. ¶ **EX**  
**CAPIT E**, iij. Eandeq; aquilarum nigerrimam,

prominentiore cauda. Duo vltima verba, prominentiore cauda, ad alium per  
tinent locum. Hæc enim aquila prominentioris caudæ non est ex eo genere  
quod Morphnos vocatur, sed alterius, de quo proxime tractabitur, nomine  
percnopteros. Aristoteles libro nono, capite xxxij. Quartum genus percnop  
teros ab alarum notis appellatum, capite albicante, corpore maiore quam cæ  
teræ adhuc dictæ hæc est, sed breuioribus alis, cauda longiore. Vulturis spe  
ciem hæc refert. ¶ Consensit & Boethus. Ita Hermolaus correxit ex indi  
ce, cum antea legeretur Boëtius. Sed cum Athenæus nono in testimonium  
vocet. Boeum scriptorem Ornithogoniæ hoc est auium generationis, puto  
& hic & in indice reponendū Boeus pro Boethus. Scio nihilominus publicā  
esse nominationem græciæ Boethus, sed non est aliena Boeus. Nam Pausa  
nias in laconicis de Boeo quodam mentionem facit qui boeas urbem condi  
dit, & in Phocicis de Bœone muliere diuina. Eo magis quod in ipso indice  
romanorum & parmensium exemplarium non Boetho habetur, sed Boeo.

¶ **M**edia magnitudine. Aestimatione dignum, an hic non media legendum  
sit, sed hemiolia, ex Aristot. eodem loco. Maxima inquit aquilarum omnium  
hæc est, maior etiā quam ossifraga, sed cæteras aquilas vel hemiolia propor  
tione excedit. ¶ Et discussis pectore aquis rapiēs, post hæc verba subsequi de  
bent, illa quæ non longe post sequuntur. Sæpe & aquilæ ipsæ non tolerantes  
pondus apprehensum vna merguntur, illuc enim commearunt in diligentia  
librariorum, hinc auulsa. Docet id Aristoteles his verbis. Quintum genus est  
quod halætus hoc est marina vocatur, ceruice magna & crassa. Alis curuan  
tibus, cauda lata. Moratur hæc in littoribus & oris. Accidit huic sæpius vt cū  
ferre quod ceperit nequeat, ingurgitem demergatur. ¶ Aquila inde ictu abi  
gente alæ. Sic castigatores emendarunt cum omnia impressa exemplaria hæc

cap. pma. ex his oua  
pp. implitudinem p quib  
bita uasis conusa, velli  
cas & galeas adōnate  
pene.

caes.

caes.

caes. boetho  
m. indice bo  
eas.

Dissidet  
ab Hermo  
lao.

caes.

berent, aquila in deiectu abigente alio. Duo quoque archetypa nostra deiectu agnoscunt. Hermolaus pro verbo illo, alio, ala supposuit, ex Aristotele se id facere professus, & sane ambo codices, ala, habent non alio. Sed neque vetus lectio fidelis hac parte est, neque Hermolaus recte emendauit, parumque ei fauent graeca quae affert Aristotelis verba. Aliorsum ea spectant, quam Hermolaus aut intellexit, aut intelligi voluit. Nam paulo infra a Plinio redduntur, cum dicit, resperu pennarum hostem occedentes. Scribendum igitur, alio. hoc est in aliam partem. Confer prius, deinde statue. ¶ Et si conuenientem, humectatamque animaduertit. Legendum forte, & si conuenientem nictantem ve animaduertit. ¶ Est autem lapis iste praegnans. Vetus lectio, Est autem lapis ipse praegnans. ¶ Expertaque pondus tunc demum abeunt. Elegantior lectio, expertaque pondus, tunc demum auerunt. ¶ A meridiano tempore operantur & volant. Scribendum puto inuolant, potius quam & volant. ¶ EXCAPITE. iiii. Nec vnus hostis illi satis est. Acrior est cum dracone pugna. Apographon Toletanum. Nec vnus hostis illi est satis. Acrior cum dracone pugna. ¶ Ita se implicans vt simul decidat. Scribo. Ista se explicat, sic vt simul decidant, ex eodem. ¶ EXCAPITE. v. Est percelebris apud Seston urbem aquilae gloria educatam a virgine &c. Vetus exemplaria. Saepere celebris apud Seston &c. Verbum. Saepere cum minore litera scriptum, fini praecedentis capituli annecte. Deinde lege cum maiore, Celebris apud seston urbem aquilae gloria est, educatam &c. Castigationem hanc confirmant Plinij verba inferius capite octauo. Bellum internecium gerit cum aquila, Coharentesque saepeprehenduntur. ¶ EXCAPITE. vi. Triduo autem ante, aut biduo volare eos vbi cadauera futura sunt. Duo verba illa, aut biduo, in nostris archetypis desiderantur. Et considera, sit ne aptior lectio, eo, quam eos. ¶ Accipitrum genera sedecim inuenimus. Scribendum arbitror. Accipitrum genera sunt decem, non minus. Aristoteles libro nono, capite. xxxvi. Genera non pauciora quam decem esse accipitrum, aliqui prodiderunt. Pari locutionis modo usus est infra, capite. xij. Itaque paruis in vicis non plus vna coniugia sunt. ¶ Ex his circon claudum altero pede, prosperrimi augurij nuptialibus negocijs aut pecuariae rei. Exclamare libet populus quod clamat, osiri inuento. O miserandam ac multis prosequendam lacrymis praestantissimi scriptoris vicem, in cuius monumenta aeternitate dignissima, tam foede saepeque crassata est librorum iuxta ac correctorum imperitia & incuria, cum incredibili bonarum literarum iactura. Haec enim verba nec ad materiam accipitrum de quibus hic agitur pertinent, nec si pertinerent, circon, scribendum erat, sed Aegithum vt vetus lectio rectissime habet, in utroque enim Apographo Aegithum manifeste scriptum est, non circon. Confirmant veterem lectionem Aristotelis verba libro nono, capite. xv. Aegithus vitae commoditate & partus numero commendatur, sed alterius pedis clauditate cedit. Theodorus salus vertit. Sed si quis velit luce clarius nosse, verba haec aliunde huc esse aduecta, (vnde vero fuerint postea ostendemus) sublatis illis e medio, legat principium huius acci-

cas. aquila in deiectu  
abigente alio.

cas. et si conuenientem  
fleatque animaduertit.

cas. meridiano  
aut tempore operantur  
et volant.

cas.

cas. Ille multiplici nequa alius  
ligat ut simul decidat.

cas. Saepere celebris  
apud seston urbem

cas. circon  
claudum

cas. non habet.

cas.

cas. et hijs. Aegithum



EX LIBRO

pitrum tractatus, quod sumetur a dictione Triorchem, & conferat cum Aristotelis verbis capit. xxxvj. libri. ix. videbit vnum idēq; esse quod ab utroq; scribitur. Præterea multa in hoc capite verba desiderari, intelliget qui rem accurate dispexerit. Nam ex. x. generibus accipitrum tot enim esse ex Aristotele præfatus est, duorum tantum meminit, aut cum circo trium, cum Aristoteles volumine. ix. capite. xxxvj. distincte suis quæq; nominib; persequatur. Triorchem. Aefalonem. Circon. Asteriam. Palumbarium. Pernem. Hypotriorché Percem. Spizam. Phrynolochon. Cur enim hic Plinius facere neglexisset, quod in sex aquilarum generibus tam exacte persecutus est, præsertim cum inter aues tertium accipitri locum tribuat. ¶ In oceano accipitres totius Massylia humi foeticant. Apographon Toletanum non Massylia legit, sed Massylia. rectius. Est enim Massylia africae regio, contermina duabus mauritanij, auctore Stephano & reliquis. Sunt & Massyli gens libyæ. Sed prior lectio magis casta, quavis aliter putet Hermolaus. Scribendum autem Massylia per simplex utrobique. s. & .æ. diphthongon in secūda, ex eodem stephano. ¶ In Thracia parte super amphipolin, homines atq; accipitres societate quadam aucupantur. Hermolaus Cedropolin, non amphipolin probat, ex Aristotelis nono libro capite. xxxvj. sic prodētis. Thracia parte quæ olim Cedropolis vocabatur homines societate accipitrum per paludes aucupantur. Sed potest sustineri Amphipolin, ex eodem Aristotele, circa amphipolin contigisse hoc scribente in libro de admiranda auditione. Cuius operis testimonio uti, cur vitauerit Hermolaus non intelligo. An quod Theophrasti non Aristotelis putabat, at citasset Theophrastū, sunt enim argumenta quæ theophrasti esse suadeāt. An quod neutrius esse duxit? at is error est manifestari. Nam præterquam quod dicēdi character Aristotelem plane refert, apud Stephanum familiarem suum legisse Hermolaus potuit non semel eam conscriptionem pro Aristotelica citari. In eo igitur siue Theophrasti, seu Aristotelis opere verba hæc leges. In Thracia super Amphipolin contingere mōstrosū quoddam narrant, supra quam credi queat ab his qui experti non sunt. Prodeuntes enim pueros, ex vicis regionibusq; finitimis ad aucupium auicularum in societatem accipitres assumunt &c. ¶ Et cum tempus sit capturæ clangore ac volatus genere inuitare ad occasionem. Si hæc verba ad aues referantur, non conueniet Plinio cum Aristotele. Quapropter ne discrepent inter se hiduo scriptores, quorum iuniorē ab antiquiore mutuatum esse in aperto est, legendum duxerim, non clangore, sed clamore, nec volatus, sed vocatus, & inuitari potius quam inuitare, vt totam rem ad pueros nō ad aues referas. Aristoteles id demonstrat loco citato. Hoc inquit faciunt sic. Cum peruenerint ad locum opportunum, vocāt accipitres nominatim clamantes. Illi voce puerorum audita aduolant, auiculas in frutices compellunt. Ibi pueri lignis percutientes comprehendunt, & quod præ omnibus admirationem auget, accipitres cum aliquam cepere auicularum, eam aucupibus proijciunt. Pueri peracta captura, ex omni præda certa parte illis impertita, abscedunt.

cap. massilie

cas.

Cōtra Hermolaum.

cas.

**EX CAPITE. ix.** ac victu columbi potius, ac visu columbi potius, exēplar Salmanticense, Scribendum reor, ambobus columbi potius. Ex Aristotele, libro sexto, capite septimo. Est inquit neq; adūcis vnguibus vt accipiter, neq; capite accipitri similis, sed ea vtraq; parte columbum potius quam accipitrem repræsentat, neq; alio quam colore imitatur accipitrem. **EX CAPITE. xij.** Cornices & alio pabulo atq; duritiem nucis rostro repugnantē. Apographon Toletanum. Cornices & alio pabulo, vt quæ duritiem &c. **EX CAPITE. xij.** Itaq; paruis in vicis non plus bina coniugia sunt. Bina coniugia, quattuor faciunt coruos, nam singula ex binis cōstant coruis, mare & foemina. At Aristoteles non quaternos morari coruos in paruis vicis ait, sed binos tantum. Ergo hic, vna legendum erit non bina. Verba Aristotelis sunt libro nono, capite, xxxj. Corui vicis arctioribus & vbi non satis cibi sit pluribus, duo tantū incolunt. Et in libro de admiranda auditione idem accidere circa Cranonem thessalix urbem confirmat, quod statim Plinius refert. Posset etiam legi, binum coniugia eodē sensu. **EX CAPITE. xv.** Aut in luce omnino visus, veriore m lectionem puto, luco, quam luce. **EX CAPITE. xv.** Sæculis non visa, Apographo Toletanum, sed vlli non visa. **EX CAPITE. xvij.** Sunt & parux aues vncorum vnguium, vt Pici martio cognomine insignes & in auspicijs magni. Quo in genere arborum cauatores, scandentes in subrectum, felium modo, illi vero & supini. Locus insigniter vitiatus, ita præpostero ac luxato ordine verborū, vt non casu & temere, sed cōsulto, & malefico deprauandi animo factum videatur. Nos ex Aristotele libro nono, capite nono, deperditū hunc locum restitui in integrum posse speramus, sic igitur lego. Sūt & parux aues vncorum vnguū, sed in auspicijs magnæ. Quo in genere Pici Martij cognomine insignes. Arborum cauatores. Illi vero & supini scandentes in subrectū stellionū modo. Porro verbū Aristotelicū, drycolaptes, plinius arborū cauatores trāstulit. **EX CAPITE. xvij.** Pullos in cauis educāt aliū soli. Scribendū videtur, nō auiū sed arborū vt ostēdunt verba quæ paulo post sequuntur, clauū vel cuneū adactū quāta vi libeat in arbores in quibus nidū habeat &c. Desumpta ex Arist. lib. ix. cap. ix. Nā cauis simpliciter picos tantū pullos nutrire, a veritate abhorret, cū idē faciant. Colūbx, passeres, Cypseli & Meropes, qui & subterraneos cauos vel ad iij. cubita faciūt auctore eodē Arist. lib. ix. cap. xij. & Trochilus vt idē scribit fruteta incolit & foramina. Aestimandū itē an sit verior lectio, educunt, hoc est excludunt, quam educāt. **EX CAPITE. xvij.** Cum insederit clauo aut cuneo. Tria vltima verba, pliniana apud me non sunt, sed expositio lectoris. **EX CAPITE. xx.** Donec renascatur iterum cū flore. Archetypum Toletanum, donec renascatur alia cum flore. **EX CAPITE. xxj.** Habent ostenta præposteri eorum vespertiniq; cantus. Archetypum idem. Habent ostenta præproperi eorum vespertini cantus. Confirmant eam lectionem verba quæ statim sequuntur. Nāq; totis noctibus canendo, &c. **EX CAPITE. XXII.** Est & anseri vigil cura. Verbum, est, superfluit, ex Apographo Toletano, **EX CAPITE. XXII.** Potest & sapientix videri

cas.

cas.

cas. bja.

cas.

cas.

Cas. Sunt et pue aues  
vncorum vnguū ut picco  
mācio cognōte i sig.  
Ti auspicijs magni quo  
in gene cōt ut in uulgat.

cas.

cas. bē.

cas.

Cas. hnt anta et se 2  
postior eoz vespertini  
cantus.

cas. bē.

EX LIBRO

cas. intellectus ijs esse. Itacomes, &c. In Apographo Toletano ordine verso, ijs  
cas. ita esse. ¶ Scipio Metellus vir consularis, an. M. Sestius. Vtrumq; exemplar  
cas. & romana impressio, an. M. Seseius. Scribo an. M. Seius. Varro libro tertio  
cas. dere rustica, capite decimo. Horum greges. Scipio Metellus, M. Seius ha-  
cas. bent magnos aliquot. Merula. Seius inquit ita greges comparauit anse-  
cas. rum, &c. ¶ Fero anseres minores. Ambo exemplaria. fese anseres, vt forte scri-  
cas. bendum sit, feræ anseres minores. ¶ EX CAPITE. xxiiij. Quando  
cas. proficiscuntur consentiunt. Volant alte. Hermolaus non, consentiunt, legit  
cas. sed confertim & coniunctim cum verbo sequente, confertim volant. Cæte-  
cas. rum duo nostra exemplaria, consentiunt, agnoscunt, non omnino male.  
cas. Nam potest hic significare, consentiunt, conueniunt coeuntq; & communi-  
cas. ceu consilio discessuræ mutuo sese operiuntur, vt de Pelecanibus Aristoteles  
cas. tradit, de quibus simul & gruibus differit libro octauo, capite duodecimo, &  
cas. Plinius paulo infra de Ciconijs. Abituræ congregantur loco certo, similiq;  
cas. ratione anseres & olores commeant. ¶ Comitataq; sic, vt nulla sui generis  
cas. relinquatur nisi captiua aut serua. Considerandum an, cunctatæ, probrior sit  
cas. lectio quam comitata, & duo postrema verba, & serua, dubito an sint aduen-  
cas. titia. ¶ Intenta in aliquo circumeunte alio. Vetus lectio, Intentam in ali-  
cas. quem circumeunte alio. ¶ Simulq; comitalem propter morbum despui-  
cas. suetum. Apographon Toletanum, suetæ, non suetum. ¶ EX CAPITE.  
cas. xxiiij. Illito victoriæ colore, melius, illita victoria colore, hoc est econcula vi-  
cas. ctoriæ colore expressa illitaq;. Nam in Apographo Toletano, victoria scrip-  
cas. ptum est, non victoriæ. ¶ EX CAPITE. xxviiij. Quæ protinus intereunt  
cas. qua litatum est illi die. Archetypum Toletanum, quæ protinus intereunt, post  
cas. quam litatum est ei deo. ¶ EX CAPITE. xxix. Quid est illud vnus ge-  
cas. neris salutis aduersum? Legendum reor. Quid est illud vnus generis aliti ad-  
cas. uersum. Sciendum tamen in Toletano exemplari hæc verba redundare. Item  
cas. quæ statim sequuntur sic ibi legi. Quæ his naturæ inuidia. ¶ Larium lacum  
cas. amoenum arbusto agro. L ego arbustato agro. Est enim arbustare Plinio a-  
cas. grum arboribus conferere ad vsum maritandarum vitium, vt libro. xvij. capi-  
cas. te. xxiiij. Italia præter supradicta, corno, populo, tilia, acere, orno, carpino, arbu-  
cas. stat agros. ¶ Alia ratio ficedulis, nam formam simul colorq; mutant. Hoc  
cas. nomen non nisi autumnno habet, postea melancoryphi vocantur, & mox pau-  
cas. lo. Mutat & vpupa vt tradit Aeschylus. Præpostera verba, permutatæ senten-  
cas. tiæ, omnia, transposita & confusa. Quod vpuparum est ficedulis tribuitur,  
cas. quod ficedularum vpupis. Quippe ficedulas formam mutare a vero alienū  
cas. est, hoc si vpupis tribuas, vera locutus fueris. Aristoteles de ficedulis libro no-  
cas. no, capite xlix. Sic & ficedulæ & melancoryphi vicibus cōmutantur, fit enim  
cas. ineunte autumnno ficedula, ab autumnno protinus Melancoryphus, nec inter  
cas. eas discrimen aliquod nisi coloris & vocis est. Auem autem esse eandem con-  
cas. stat, quia dum immutaretur hoc genus, vtrumq; conspectum est nondū ab-  
cas. solute mutatum, nec alterutrū ad huc proprium vllum habens appellationis.

cas. uisbris et non h' illitv.

cas. intereunt qua litatū e illi deo

cas. queue his ne muj dia

cas. arbusto agro.

His verbis Aristoteles, non formam mutare ficedulam tradit, sed vocem & colorem. Videamus rursus quid de vpupa idem auctor, eodem loco scribat. Nec nō inquit vpupa, cum colore tum vero specie immutatur. & capite quinto decimo eiusdem voluminis. Vpupa nidum potissimum e stercore hominis facit. Mutat formam tempore æstatis & hiemis. Patet ergo ex antedictis ficedulas colorem tantum & vocem mutare. Vpupas & colorem & formam. Si ergo verba quæ de ficedularum formæ & coloris mutatione hic habentur, ad vpupas transferas, & rursus duo illa verba a quibus de vpupa incipit tractare, quæ sunt, mutat & ad ficedulas, omnia debitum ordinem recipient. Legendum ergo videtur in vniuersum sic. Pariunt vere primo cum plurimum sena dua. Mutant & ficedulæ. Hoc nomen non nisi autumnno habent, postea Melancoryphi vocantur. Sic & Erithacus hieme, idem Phœnicurus æstate. Alia ratio Vpupæ, nam formam simul coloremq; mutat vt tradit Aeschylus &c. Non sum nescius visum hæc iri quibusdam, ludibria potius præstigiatorum, quam censorias castigationes. Sed meminerint humani lectores, in tanta verborum sententiarumq; prope dixerim stage, violentia opus esse, & veritati quocunq; discrimine viâ patefaciendam. Satiusq; esse vi aliqua literæ allata, scire nos aliquid, quam immutare verba non audentes, omnia in dubium vocare, & falsa sæpenumero pro veris admittere. ¶ Idem Phœnicurus. Aristoteles libro nono, capite. xlix. Phœnicurgus, modo exemplar vitio careat. Heron auctor græcus in Georgico de antipathia agēs Phœnicurus, cum Plinio. ¶ Obscoena alias pastu auis. Verbum pastu, expendendum sit ne falso additum. Nihil enim de pastus spurcitia Aristoteles. Illud duntaxat tradit libro nono, capite. xv. quod non multo ante retulimus, nidū e stercore potissimum humano facere. Ob id a Plinio obscoenam appellari puto. Non præterierim tamē de nidificatione vpupæ repugnantia inter se prodere Aristotelem. Nam libro nono, capite quinto decimo. e stercore hominū (vt dictum est) nidificare ait. Cui opinioni subscribit Aelianus libro quinto decimo de historia animalium. Idem rursus Aristoteles libro sexto, capite primo. Vpupam vnam suo in genere non nidificare tradit, sed stipites arborum subeuntes parere, sine vlllo stramento in cauis. ¶ **TEX CAPITE. xxxij.** Colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis & candidis admistis pennis. Scribendum reor pallidis non candidis. nullus enim halcyoni candor, si Aristoteli fidem habemus. Eius verba sunt libro nono, capite. xiiij. Alcedo non multo amplior passere est, colore tum ceruleo, tum viridi, tum etiam leuiter purpureo insignis. Et capite. xiiij. Meropis colorem, halcyonis colori comparat. De Meropis vero coloribus sic scribit, Pēnæ huius auis inferiores pallidæ sunt, superiores ceruleæ vt halcyonis. Postremæ pinnulæ rubræ habetur. & Plinius cap. proximo. Merops vocatur genitores suos recōditos pascēs. pallido in t<sup>9</sup> colore pēnarū, superne Cyaneo, priore subbrutilo. Si quis obiiciat in græco Aristotelis codice, nō ochrō hoc est pallidū colorē halcyoni tribui, sed chlorō hoc est viridem seu luteum, sciat duo hæc nomina pro se inuicem poni apud

## EX LIBRO

Aristotelem, quod patet ex eius verbis capite tertio decimo. Lutea inquit dicta est a colore partis suæ inferioris pallido. Et ubi Meropi pallidum Plinius tribuit, ibi Aristoteles ochron. Ergo luteus & pallidus color, vel idem sunt, vel ferme idem. ¶ Alterum genus earum magnitudine distinguitur & cantu. Lego. Alterum genus earum magnitudine distinguitur, nec canunt. Aristoteles libro octavo, capite tertio. Præterea genus alcedonum aquas adamat, quod duplex est. Alterum vocale arundinibus insidens, alterum mutum, quod ampliore corpore est. Notandum in transitu succurrit, in Aristoteles græco codice atrocem inoleuisse mendam. Pro Halcyon enim Aedon scriptum inuenies hoc est lusciniarum. ¶ In reliquis partibus est quidem mitius pelagus, Siculum vtiq; tractabile. Horum verborum sensus, proximis duobus verbis, breuiter quidem, sed abunde redditus fuerat. Quapropter credi hæc pliniana non esse, nullum esset piaculum. ¶ Putant ex spinis aculeatis, piscibus enim viuunt. Scribo. Putant ex spinis acus piscis. Piscibus enim viuunt. De acu pisce qui græce belone dicitur, Plinius supra libro nono, capite. l. Aristoteles quoq; libro nono, capite quarto decimo. Ambigitur inquit ex qua nam materia componatur. Videtur tamen ex spinis acus piscis constitui. Piscibus enim Alcedo viuunt. Confirmat id quoq; Plutarchus in libro qui inscribitur, de amore erga sobolem. ¶ Gaiæ in petris nidificant, Mergi in arboribus. Pariunt plurimum terna. Sed gaiæ æstate, mergi incipiente vere. Hic quoq; locus ex Aristotele tralatus est, quapropter ad eius exemplar dirigendus est. Forte autem legendum commutatis verbis. Gaiæ & Mergi in petris nidificant maritimis. Pariunt &c. Aristoteles libro quinto, capite nono, Mergi & gaiæ saxi maritimis oua bina terna ve pariunt, sed gaiæ æstate, mergi a bruma ineunte vere. ¶ **EX CAPIT. xxxiiij.** In Scythis auis magnitudine otidis binos parit. Scribendum arbitror. In Scythis aues magnæ, nomine otides binos pariunt. Aristoteles libro nono, capite. xxxiiij. In Scythia auium genus est otides. Hæ procreant pullos duos, & quæ peperit oua non incubatu fouet, sed condita in leporina aut vulpina pelle relinquit, atq; ita obuoluta in summa arbore locat. Cumq; a venatione vacet custodit ea, & si quis arborem scandat oppugnat eum alis, aquilarum more euerberans. Sic græci Aristotelis codices præferunt. Theodorus plinium secutus, magnitudine otidis transfert, quod non probo. ¶ Ne ve cui frequentior conuersatio sit suspecta, transferunt alio. Legendum reor, ne ve cui frequentiore conuersatione sint suspecta, transfert alio. Aristoteles libro nono capite octauo, nec eodem in loco pariunt, & incubant, ne quis locum percipiat longiore temporis mora. ¶ Contra aucupis indicem exeunte in prælium duce totius gregis. Scribendum videtur contra aucupem illicem. Vocatur enim Illex quæ conciliat aucupium, quamuis subest suspitio quædam, ipsam etiam dictionem, illicem, adiectam esse. Satis enim erat dicere aucupem vt paulo post appellat. Aristoteles venatorem vocat. Eius verba sunt libro nono capite

cas.  
 Aristotelis  
 locus,

cas. h. et si  
 in nong.

cas.  
 Egregius  
 locus.

mens. de font  
 sbent et in  
 amny paruit  
 pluzionum tm  
 b. g. a. u. a. e. tate  
 m. g. i. m. p. a. r. t. e

cas

Cōtra the  
 odorum.  
 cas.

cas. g. a. u. c. u. p. i. s.  
 f. i. m. m.

septimo. Perditem venatorem dux Syluestrium primus inuadit, pugnamq; obuiam conferit, quo capto compage, alter occurrit, tum alius atq; ita singulis dimicatur, si mas sit qui venatur. Sed si foemina est, vbi dux ad eius vocem occurrerit, caeterae vniuersae eum inuadunt, feriunt, fugant ab ea foemina, inuidentes quod non sibi, sed illi accesserit. Ex quibus Aristotelis verbis rursus locus sequens restituitur. ¶ Rursus circa conceptum foeminae capiuntur, contra aucupum foeminam exeuntes, vt rixando abigant eam. Legendu, n. vt Plinius cu Arist. cocordet. Rursus circa cocentum foeminae capiuntur, contra aucupem foeminae exeutes, vt rixado abigat eum. hoc sensu, prodeute duce ad aucupem foeminae canete capi etia perdices foeminas, exeutes vt rixado abigant ducem ab aucupe. Inuident enim dolentq; se cotemni & aucupem amari a duce. Mallem tamen legeres commutato ordine verborum. Rursus circa concentum foeminae, capiuntur foeminae, contra aucupem exeuntes vt rixando &c. ¶ Concipiunt superuolantium afflatu. Aristoteles libro tertio de generatione animalium, capite primo ostendit, olfactu, hic legendum, non afflatu. Nam afflatu praegnantem fieri perdices, statim ante Plinius retulerat. Aristotelis verba sunt. Tum etiam perdices foeminae & quae nondum coierint quarum vsus in aucupijs, cum olfaciunt marem vocemq; eius audiunt, alterae implentur, alterae statim pariunt. ¶ Vt in capite aucupantium saepe caecae metu sedeant. Verbum. metu, Plinianum non est. Neq; enim metu caecae, sed rabie libidinis in aucupes ruunt, eorum capitibus infidentes. Aristoteles libro nono capite octauo. Vsq; adeo tum perdices, tum etiam coturnices copia libidinis gaudent, vt in aucupantes corruant, & saepe numero capitibus eorum residant. ¶ EXCAPIT. xxxiiii. Pullis primo falsiorem terram collectam gutture in ora inspuunt, castiorem lectionem duco, colliquatam gutture. Aristoteles libro nono capite septimo. Exclusis iam pullis terram falsuginosam potissimum praemanducatam in eorum os suum inferens ingerit, atq; ita praeparat ad cibum recipiendum. ¶ Proprium generis eius & turturum, cum bibant colla non resupinare, large bibere iumentorum modo. Addendam puto particulam. ni. colla non resupinare ni large bibere, vt biuere sit praeteriti temporis. Postrema autem duo verba. iumentorum modo, criticorum iure fungentes, familia Pliniana eximimus. Aristoteles libro nono, capite septimo. Proprium columbarum, & Palumbium, & turturum esse videtur ne collum cum bibunt, resupinent, ni satis hauserint. ¶ EXCAPITE. xxxviii. Atq; euestigio coelum petunt, expende an legi debeat, solum potius quam coelum, quia statim sequatur. Itaq; in foueas delapsae. &c. ¶ EXCAPITE. xl. Caprimulgi appellantur grandioris merulae aspectu. Scribendum puto permutatis verbis superq; castigatis, hoc pacto. Caprimulgi appellantur a suctu, grandiores merula. Aristoteles libro nono, capite. xxx. Quem caprimulgum appellant auis montana est, magnitudine paulo maior quam merula, suggit caprarum ybera aduolans, vnde nome accepit.

cas.

cas.

cas.

cas. collecta.

cas. large bibere  
iumentorum modo.

cas.

cas.

## EX LIBRO

Et paulo post Plinius. Caprarumq; yberibus aduolant, suctum propter lactis. ¶ Testas excernens. Recte qui pro. excreans. vt antea legebatur, excernens correxerunt, ex Aristotele libro nono capite decimo. & libro de admiranda auditione suffragantibus etiam ambobus nostris exemplaribus. Subit hoc loco, mirari Plutarchum summum alioqui & nunquam satis laudatum scriptorem, quod Aristoteles. Plinius. Cicero. Aelianus. xv. volumine de historia animalium, Pelecani seu Plateæ tribuunt, erodio ascribentem, libro vtra animalium solertiora. In similem incidit lapsum & de vulpe marina loquens, quam tradit, deuorato hamo sese inuertere, ex interioribus extera facientem vt hamum excutiat. Nam quod de Scolopendra marina legerat apud Aristotelem libro nono, & Plinius etiam repetit, vt suo loco visum est, ipse vulpi marinæ dat, quia videlicet de vtroq; animali aquatico eodem loco Aristoteles agit. ¶ **EX CAPIT E. xli.** Villaribus gallinis & religio inest. Aristoteles non villaticis duntaxat gallinis hoc tribuit, sed omnibus. Neq; vocem latinam receptamq; existimo esse villares a villa, sed villaticus. qua & M. Varro & Columella & cæteri vtuntur. Aristoteles libro sexto capite secundo. Inhorrescunt a coitu, ac se excutiunt. Sæpe etiam festuca aliqua sese lustrant, quod idem & ædito ouo interdum faciunt. ¶ **EX CAPIT E. xlii.** Psittaci quidem etiam fermocinantes. Legendum puto aliter, aliaq; distinctione. Humanas voces reddunt psittaci. Quidam etiam fermocinantes. ¶ **EX CAPIT E. xliii.** Latior his est lingua omnibusq; in suo cuiq; genere. Apographon Toletanum. Latiores linguæ omnibus, in suo cuiq; genere. ¶ Habebāt & Cæsares iuuenes. Item sturnum, lusciniæ. Permuta verba. Habebant & cæsares iuuenes sturnum item lusciniæ &c. ¶ Quæ condita velit, ac cibus blandienti. Archetypum Toletanum, quæ condita velit adcliuis blandiente. Salmanticense, quæ condita velit, aliquo blandiente. Romana & Parmensis, & recentiores aliæ impressiones, quæ condita velit addisci aliquo blandiente. Scribendum opinor, quæ condita velit addisci alioqui balbutiente. ¶ **EX CAPIT E. xliii.** Funusq; innumeris aliti celebratum exequiis. Legendum forte, funusq; in humeris aliti celebratum. Nam verbum sequens, exequiis, adiectum reor ab eo qui innumeris legebat, non in humeris. Statim enim sequitur, super æthiopum duorum humeros. ¶ Multorum principum nemo deduxerat funus, duxerat Toleta, exemplar, non deduxerat. ¶ Post Carthaginem Numantiamq; deletas ab eo. Duo vltima verba pro adulterinis habeo. ¶ Cornix è bætica. Cornix a Bætica Tolet. exemplar. ¶ Eo quod deuehebat in syluas eos confidentes corniculis humerisq; illi vestigabant agebantq;. Lego & alio ordine verborū & verbis ipsis correctis, equo deuehebat in syluas eos, confidentes humeris equi. Cornuculos illi vestigabant, agebantq;. ¶ **EX CAPIT E. xlvij.** Gallia hos septentrionalis proxima oceano, melius septentrionali proxima oceano. ¶ **EX CAPIT E. xlviii.** Quondam existimatus inter raras aues, castior lectio, æstimatus. ¶ **EX CAPIT E. xlix.** licet affirmet Dino, inuerso ordine Apographon Toletanum, affirmet licet Dino.

cas. excernens pro  
excreans.

Plutarchi  
duo in sig  
nia errata.

cas. Villaribus

cas. equid ser  
mocinantes.  
cas. latior e  
lingua omnib  
i suo cuiq; gene.  
cas.

cas.

cas.

cas.

cas. h  
et ob car  
thagine  
si post.

cas. ut in uul  
nisi humeris q  
corniculis.

cas.

cas.

cas.

¶ Neq; harum satyricos motus cum insident. Idem exemplar. cum insidietur, non cum insident, veriore arbitror lectione. ¶ **EXCAPITE. i.** Hoc primum antiquis coenarum interdictis exemptum inuenio. In eodem nō coenarum legitur sed. eranum. Dictio est græca, significans quod a singulis amicis contribuitur ad coenam, conuiuium ve celebrandum. Nec memini me alibi in Plinio eam, alio ve latino auctore legere. ¶ Gallinaceos quoq; pascendi lacte madidis cibus, multo ita gratiores approbatur. Neutrum ex scriptis exemplaribus, vllum ve quod sciam ex impressis hoc verbum, madidis, agnoscit, sed lacte additis cibus legunt. Romana impressio & aliæ, lacte addito cibus. In Salmanticensi exemplari verbum, cibus, non habetur, recte vt sentio. Ad hunc igitur modum legendum censeo hunc locum. Gallinaceos quoq; pascendi lacte, addito mulso. Ita gratiores approbatur. Plinius supra capite. xxij. de iecore anserino. Exemptum quoq; lacte mulso augetur. Et Columella libro octauo, capite septimo, iam illi qui volunt non solum opimas, sed etiam teneras auis facere, mulsa recente aqua prædicti generis farinam conspargunt, & ita farciunt. Heron quoq; Georgici volumine. xiiij. anseres melicrato saginari tradit. ¶ M. Lælius Strabo. Videtur legendum. Lenius, non. Lælius. Varro libro tertio capite quinto. In quo inquit diceris longe vicisse non modo archetypum inuentoris nostri ornithotrophion. M. Lenij Strabonis, qui Brundusij hospes noster primus in peristylo habuit exhedra conclusas aues quas pasceret, & supra capite proximo. ¶ Neq; ipsæ iam aues nascuntur. verior lectio, noscuntur. ¶ **EXCAPITE. ij.** Quibus natura coelum assignauerat. Ambo nostra exemplaria, quibus rebus natura coelum assignauerat. Scribo, quibus rerum natura coelum assignauerat. Diximus & alibi familiare Plinio esse iungere duo hæc verba rerum natura, vt in fine capitis. summas rerum naturæ opes, & passim tibi exempla occurrent. ¶ Nisi quod minus est summas rerum naturæ opes, quam hominum linguas coenasse. Vtrumq; exemplar, si quod minus est summas &c. Scribendum puto, si quidem minus est summas rerum naturæ opes, quam auium linguas coenasse? auium nāq; non hominum lego, cum nota etiam interrogationis ducentis ad negationem. ¶ **EXCAPITE. iij.** Quoniam & quadrupedes oua gignunt. Commodior lectio Archetypi Toleta. Quin & quadrupedes oua gignunt. ¶ Alia punctis distincta vt Meleagridum, alia rubri coloris vt phasianis, cenchridi. Scribendum alio ordine, & alijs verbis. Alia punctis distincta vt Meleagridum & Phasianorum, alia rubri coloris vt Cenchridi. Aristoteles libro. vj. cap. ij. Differunt & colore inter se oua auium. Sunt enim alia candida vt columbarū & perdiciū. Alia pallida, vt palustriū. Alia punctis distincta, vt meleagridum & phasianorū. Rubriū cenchridis est, modo minij. ¶ Piscium vnus color. Scribo, vnicolor, vt sicuti paulo ante dixit bicolor, sic postea vnicolor. ¶ In quo nil cādidi. Immo in quo pl<sup>9</sup> cādidi, Si Aristoteli credimus li. vj. cap. x. Quū inquit piscium nō bicolor vt auium, sed vnicolor omnium est, & plus albi trahens quam lutei, tam ante quam postea cum foetus insidet,

cas.

cas.

cas. pascendi  
 lacte addito mul-  
 so. quod est p<sup>m</sup>  
 hiam lationem  
 fulcite videtur

cas. orlesius strabo

cas.

cas.

cas.

cas.

cas.



Nec tamen pœnitenda omnino esset lectio, pro, in quo nil candidi, æquabili candido. Idem tertio de generatione animalium capite primo. Quam ob rē omnia piscium oua vnicolora sunt, atq; ad lutea, candida, ad candida lutea esse dixeris. ¶ **EXCAPITE. liij.** Quædam omni tempore coeunt, vt gallinæ & pariunt, præterquam duobus mēsis hiemis brumalibus. Scribendū mutato verborum ordine, quædam omni tempore coeunt & pariunt vt gallinæ & c. Aristoteles libro sexto capite primo. Aues autem oua pariunt omnes, sed tempus coeundi pariendi ve non idem est omnibus, quippe cum aliæ coeant & pariant omni fere tempore, vt gallinæ vt columbæ. Gallina enim toto anno præterquam duobus mensibus brumalibus parit. ¶ Ex his iuueniæ plura quam veteres, Archetypum Toletanum, iuuenes non iuueniæ. ¶ In cacuminibus arborum luto nidificantes, Idem archetypum, in cacuminibus arborum nidos ædificantes. ¶ A coitu, x. diebus oua maturescunt in vtero, vexatæ autem gallinæ & columbæ penna euulsa, alia ve simili iniuria diutius. Erratum rursus in ordine verborum. Scribendum, a coitu, x. diebus oua gallinæ maturescunt in vtero, vexatæ autem columbæ penna euulsa alia ve simili iniuria, diutius. Aristoteles sexto volumine, c. ij. Ouum gallinæ consistit a coitu & perficitur, x. diebus magna ex parte, columbæ paucioribus. Facultas columbis retinendi oui etiam tempore parturiendi est. Nam si ab aliquo vexetur, aut penna in nido euulsa, vel quauis alia simili re infestetur, aut etiam sponte morosius habeat, ouum per tristitiam retinet, partūq; differt. ¶ **Om-** nibus ouis medio vitelli parua inest veluti sanguinea gutta, quod esse cor auuū existimant, primum in omni corpore id gigni opinantes. In ouo certe gutta salit palpitatq;. Lege in medio albi, non in medio vitelli, nam pullus ex albo corporatur, in vitello cibum habet, teste Aristotele & Plinio mox paulo, & si non ignoro contra sentire Hippocratem in libro de natura foetus. Præterea verba illa, in ouo certe gutta, falsa sunt & adulterina, & sine illis reliqua optime cohærent. Si cum Plinio Aristotelis verba conferas, omni dubitatione liberaberis. Is sexto libro capite tertio, ita ait. Gallinis porro tertia die ac nocte postquam cœpere incubare, indicium præstare incipiunt. At maiorum auuū generi plus prætereat temporis necesse est, minori autem minus sufficit. Effertur per id tempus luteus humor ad cacumē qua principium oui est, atq; ouū detegitur ea parte, & cor quasi punctum sanguineum in candido liquore consistit quod punctum salit iam & mouetur, vt animal. Scribendum autem, ea salit palpitatque, ex vtroq; antiquo exemplari. ¶ Aues omnes in pedes nascuntur contra quam reliqua animalia. Cum duplex sit auium ortus, prior ex vtero in ouo potentia, posterior ex ouo actu, iam animal, vt omnis amphibolia tollatur meliorem duxerim lectionem, oua omnia, quam, aues omnes, ex Aristotele vnde translata hæc a Plinio euidentissimum est, libro tertio de generatione animalium, capite secūdo. Partus ouorum contra atq; animalium euenit. Animal enim in caput, suūq; principium nascitur. At ouum quasi in pedes conuersum exit, Cuius rei causa quod diximus est, quod ouum ea par-

Cay.

Cay.

Cay.

Cay. et  
xatis

Cay.

Discordāt  
aristoteles  
& Hippo-  
crates.

Cay.

te qua principium continetur adhæret. ¶ Alioqui negant omnino geminos excludi. Vetus lectio. Aliqui negant &c. ¶ EX CAPIT. liij. Si incubatu tonuerit, oua pereunt. Vetera exemplaria. incubitu. non incubatu. Sic paulo post, quædam autem & citra incubitum sponte naturæ. ¶ Scitum de quodam potore reperitur Syracusis. Verbum, potore, superfluit in Apographo Toletano. ¶ Donec cooperta terra foetum ederent oua. Scribendum videtur, cooperta storea, non cooperta terra. Aristoteles libro sexto, capite secundo. Syracusis potator quidam ouis sub storea in terra positus, tādū potabat, donec oua æderent foetum. ¶ EX CAPIT. lv. Nec falso augurata proditur. Archetypum Toletanum. Nec falsa augusta proditur. ¶ Mox incertos incubitus sollicitate conuocantis, postremo lamenta &c. Idem exemplar, mox incertis incultus sollicitate &c. Lego, mox incerti singultus sollicitate &c. Ut gradatim crescat oratio. Primo admiratio, deinde incerti singultus, postremo lamenta. ¶ EX CAPIT. lvj. Pennis nigris, ore rubicundo. Legendum pinnis, non pennis. ex. M. Varrone qui etiam inter generositatis notas, plumam rubicundam non os memorat. Eius verba sunt libro tertio de re rustica capite nono, equis in parando eligat oportet foecundas, plerūq; rubicunda pluma, nigris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta ampla. Hæ enim ad partitiones sunt aptiores. Columella item octauo libro, capite secundo, ex sint rubicundæ vel fuscæ plumæ, nigrisq; pinnis. ¶ Sed quibus certa foecunditas rara, & incubatio ouis noxia. Scribendum reor alio ordine. Sed quibus certa foecunditas, incubatio ouis noxia, & rara, vt sit sensus. Incubationem gallinarum quibus certa foecunditas sit, noxiam esse ouis. Itæ raram incubationem nocere etiam ouis. Quorum alterum Aristotelicum est libro tertio de generatione animalium, capite secundo, & vt vinū inquit æstu acescit fecibus in sublimē ascendentibus, sic ouū luteo quod est terrestre cōtingit, & hoc in gallinis multiperis cum nequeant æqualem ouis impertire calorem, sed alijs plus, minus alijs quam opus esset. Alterum vero Plinius ipse docet infra capite. lx. Vrina inquit fiunt incubatione derelicta, quæ alijs cynosura dixere. ¶ EX CAPIT. lvij. Et per omnes dies mota. Scripta lectio, & per omnes dies emota. ¶ EX CAPIT. lvij. Palumbes & turtures plurimum terna, nec plus quam bis fere pariunt. Scribendum non fere sed, vere. Aristoteles libro sexto capite quarto. Columbæ omni tempore vt dictum est pariunt. Turtur & palumbes vere, nec plusquam bis, atq; ita si prior foetus corruptus est, frangunt enim oua mares animum complures. ¶ Et quamuis tria pepererint, nunquam plus duobus educant. Scribo educunt hoc est excludunt, non educant, ex eodem Aristotele eodem loco. Sed quamuis inquit tria interdū pepererint oua, nunquam plus duobus pullis educunt. ¶ Tertium quod irritum est vrinum vocant. Scripta lectio. Tertium irritum est ac vrinum vocant. ¶ Columbæ marem semper & foeminam pariunt. Priorem marem, post tridie foeminam. Scribo sæpe, non semper, & post triduum non post tridie. Aristotele, eodem loco, Columbæ magna ex parte marem & foeminam gene-

Cas.

Cas.

Cas.

Cas.

Cas. n. falso augusta  
augurata prodit.  
Cas. mox mox ris  
incubitus sollicitate con  
uocantis.

Pulcherlo  
cus.

Cas.

Cas. sed quibus cont  
rata foecunditas et  
incubatio ouis noxia.

Cas.

Cas. nec plusq  
vere pariunt.

Cas.

Cas.

Cas.

rāt. Priorem marem, posteriorem foeminam. & cum pepererint primum omni,  
 vno interposito die secundum pariunt. Posset etiam legi, posteriorem nō po-  
 stridie, vt liquet ex Aristotelis verbis paulo ante citatis. ¶ Ipsi deinde pulli  
 cas. quinque mestres foeticant. Legendum videtur se mestres potius quam quin-  
 quemestres. Aristoteles eodem loco. Coeunt intra annum columbæ, quippe  
 cas. quæ semestres nosse incipiant venerem. ¶ **EX CAPIT E. lix.** Aut in excel-  
 so cubantes, particula, aut, superfluit. Nam pauones maiore ex parte in excel-  
 so cubantes pariunt. Columella libro octauo, capite. xj. maximeq; tempori-  
 bus his quibus parturiunt, pluribus stramētis exaggerandum est auiarium,  
 quo tutius integri foetus excipiantur. Nam fere pauones cum ad nocturnam  
 requiem venerunt, prædictis perticis insistentes, enituuntur oua, quæ quo pro-  
 prius ac mollius deciderint, illibatam seruant integritatem. ¶ Aut si bruma co-  
 iere post solstitium quadraginta prope. Vtrumq; exemplar, quadragesimo  
 cas. prope. ¶ Bis anno si priorem foetum gallinæ excludāt. Columella ter scribit,  
 non bis, libro octauo capite. xiiij. his verbis, singulæq; ter anno pariunt si pro-  
 hibeātur foetus suos excludere. Scripsit idem etiam ante eum. M. Varro libro  
 Varronis tertio, capite. x. Singulæ ait non plus quam ter in anno pariunt, quamuis in  
 locis, Varrone, quater mendose pro, quam ter, scriptum inuenias. Eandem tuetur  
 sententiam Heron græcus auctor georgici sui libro, xiiij. Pariunt inquit an-  
 no ter, vsq; ad. xij. oua. Nec me deterret comparatiuum quod sequitur, prio-  
 rem, sæpe enim apud Plinium proximum, præcedentem ve ante actum signi-  
 ficat. Cuius rei ignorantia errandi materiam forte præstitit correctoribus, vt  
 cas. vicesimo pro, ter, substituerent bis. ¶ Si vero tepidiores sint viginti quinque. L. ego, vice-  
 quinto nis quinque. Dixit enim ante, tricenis diebus, & paulo infra. Aquila incubat tri-  
 cas. cenis diebus minores vicens. ¶ **EX CAPIT E. lx.** Aquila tricenis diebus  
 incubat, & fere maiores alites, minores vicens, vt miluus & accipiter. Scribē-  
 dum non minores sed, mediocres, ex Aristotele ad literam libro sexto capite  
 sexto. Aquila inquit tricenis diebus, & Cæteris quoq; magnis alitibus temp<sup>9</sup>  
 incubandi tantundem a natura statutum est, vt anseri, vt tardæ. Mediocribus  
 vicens perficiunt incubationem, vt accipitri, vt miluo. Ex quibus Aristotelis  
 cas. verbis & ex ordine quo aues monstrat, adducor vt putem permutatis dictio-  
 nibus legendum apud Plinium, vt accipiter & miluus. Sic enim (nec aliter)  
 quadrabit ad vnguem correctio sequentium verborum. ¶ Singulos fere pa-  
 rit, nunquam plus ternos. Scribendum enim opinor. Sed hic binos fere pa-  
 rit, nunquam plus ternos, vt pronomē, hic, miluum referat, quem hoc loco pli-  
 cas. nium indicare existimauerim. Aristot. libro sexto capite sexto. Pariunt milui  
 bina magna ex parte, interdum tamen & terna, totidemq; excludunt pullos.  
 cas. ¶ Maior paruis. Romana lectio, paris non paruis, quæ nec placet nimis, nec  
 rursus displicet. Sed si ea lectio recipitur, aliter verba quæ præcedunt legenda  
 cas. sunt. Nam vterq; codex scriptus, tanta, legunt non tanto. Est porro auicula  
 Parus, græce dicta ægithalos, magnæ foecunditatis vt infra patebit. Cæterū  
 Aristoteles libro de generatione animalium quarto, capite quarto animalia

tradit quo maiore sint corpore, eo minus esse fecunda. Et Plinius id infra repetit, adducta ad probationem Acanthide exigua auicula, quæ duodenos pariat. Illud autem attentiore cura aduertendum, verba illa quæ capite octauo huius voluminis, vt perperam locata, ex illo loco submouenda diximus, quæ sunt. Ex his Aegithum claudum altero pede &c. Ad hunc locum pertinere. Nam Aristoteles volumine nono capite. xv. post Melancoryphum statim Aegithum subiicit, his verbis. Parus oua plurima ædit vt aiunt. Atricapillam etiam plurima ædere aliqui referunt, sed post africanum struthionem. Iam & decem & septem Atricapillæ oua reperta sunt, sed plura etiam quam. xx. parit, & numero impari semper vt narrant. Nidificat ea quoque in arboribus, & vermiculis alitur. Proprium & huius & luscinia præter cæteras aues, vt linguæ summæ acumine careant. Aegithus & vitæ commoditate, & partus numero commendatur, sed alterius pedis clauditate cedit. ¶ **EX CAPITE. lxi.** Geminos volitat amplexa infantes. Vtrūque exemplar parens geminos volitat &c. Vt forte scribendum sit. Parit hæc geminos. Volitat amplexa infantes. ¶ **EX CAPITE. lxij.** Cæteræ serpentes contacta oua in terra incubant, & foetum sequente excludunt anno. Ambo antiqua exemplaria, contexta agnoscunt non contacta, verissima lectione. Aristotele. libro quinto, cap. xxxiii. Cæteræ serpentes oua pariunt foris, contexta, ad monilis hoc est ornamenti mulierum quod ambit collum similitudinem. Incubant quæ pepererint in terra, & foetum sequente excludunt anno. ¶ **EX CAPITE. lxij.** In hominum genere maribus diuerticula. In ambobus exemplaribus non maribus, sed manibus habetur, forte rectius, vt perstringat honor sit auribus quos masturbatores appellant. ¶ **Coitus auersus elephantis.** Vetus lectio auersis. ¶ **Supradictorum plenisque** foeminae priores superueniunt, reliquis mares. Dura castigatio, non dissimulanda tamen. Puto enim scribendum. Dasypodum maribus foeminae priores superueniunt, reliquis mares. Aristoteles libro. v. capi. secundo. sed quæ retro vrinam mittunt auersa coeunt, vt leones dasypodes. lynces. Dasypodum etiam foemina marem prior superuenit. Cæterorum magna ex parte modus coeundi idem est, plurimæ enim quadrupedes more coeunt iusto, foeminam scilicet mare supergrediente. ¶ **Vrsi autem** vt dictum est humanitus strati. Neque dictum est humanitus stratos coire vrsos, neque si dixisset vera dixisset. Libro enim octauo capite. xxxvj. vrsos scripsit coire non vulgari quadrupedum more, sed ambobus cubantibus complexisque. Sumpsit id ex Aristotele libro quinto capite secundo, tradente vrsos venerem exercere cubantes, applicatis marium partibus supinis ad foeminarum pronas. At humanus concubitus non ita fit sed applicatis mutuo complexo, supinis vtriusque sexus partibus. Quapropter scribendum hic censeo non humanitus strati, sed humi strati. Aristoteles libro sexto capite. xxx. Vrsi coeunt vt dictum est non conscendentes sed humi strati. ¶ **Herinacei stantes** ambo inter se complexi. Vetus lectio. Herinacei stantes. Ita inter se complexi. ¶ **In quo sunt genere** leonæ, vrsæ, & vulpes. Informia autem magis quam supradicta vrsæ pariunt. Ver

cas. uba admouens  
geminos uolitat imp  
lex a infantes.  
cas.

cas. manib9

cas. auersis.

cas. supradictæ plenis  
foemine priores superue  
niunt reliquis mares.

cas.

cas.

cas. nō hē.

## EX LIBRO

buum. vrsæ. secundo loco positum, in neutro scriptorum codicum habetur. Quam ob rem sic a principio lego, in quo sunt genere leænæ, vulpes, & vrsæ. Informes hæc etiam magis quàm supradicta pariunt. ¶ Cæcos autem gignunt, canes, lupi, Pantheræ. Thoes. Lego non Pantheræ, sed pantheres. Diuersum omnino hoc animal a panthera. Theodorus lupum canarium vertit. Aristoteles libro sexto capite. xxxv. pãther item hoc est lupus canarius cæcos parit luporum ritu, numero quum plurimum. iiii. Quin etiam Thos coitu vt canes impletur, & cæcos generat, numero duos, aut tres, aut quattuor. ¶ Si ineant opportuno & recto mēse, hæc verba ociosa sunt, si fidem vtriusque antiquo exemplari habemus. ¶ Octonos laconicæ pariunt. Propria in eo genere maribus laboris alacritas. Scribe. Octonos laconicæ pariunt. Propria in eo genere maior post laborem salacitas. Aristoteles libro sexto capite. xx. Peculiare generis laconici est vt cum laborarint coire melius quam per ocium possint. ¶ A partu statim implentur. Concipiunt quamuis vbera siccaante foetu. Impleri, & concipere idem est. Itaque alterum ex duobus verbis redundet necesse est. Puto verbum concipiunt, expositionem fuisse illius, implentur. Item dispice an castigatior sit lectio succante quam siccaante. Aristoteles libro sexto capite. xxxiiij. habet foemina lac ante quam pariat, & a partu continuo repetit coitum, & lactans adhuc concipit foetum. ¶ Pariunt nõ cæcos, superfluit negatio. Aristoteles libro & capite citato. Partum vt maior fidipedu pars cæcum ædit. Theodorus aut ex suis exemplaribus, aut quod magis credo Plinium secutus mendosum, negationem falso addit, cum in promptu esset rem cotidianam experiri. ¶ Mulier septima die concipere facillime creditur. Portentum verius quam menda. Scribendum non. Mulier, sed Asina. de mutis enim hic animantibus non de homine agitur. Aristoteles libro sexto capite. xxiiij. de asina. A partu die septimo mari iungitur. Eoq; die iuncta maxime recipit initu. & Plinius libro octauo, capite. xliiiij. Foeminas a partu optime septimo die impleri obseruatum est. ¶ Exaduerso aquilonum austrorum ve. Lego, exaduerso aquilonem austrum ve. Sic habent exemplaria ambo, & sic alias sæpe Plinius, & nos supra meminimus. ¶ Colorem illico mutant rubriore pilo &c. Legendum arbitror, rariore pilo. Nam rubram equam quis vidit? nisi forte pictam. ¶ Prægnantē equā Echecratidis. Mallē Echecratis aut si placet magis patronymica forma. Echecratidæ. ¶ Foeminas aut post meridiē blādiri. Scribēdū puto, foeminis aut postmeridianū blādiri. ¶ Vt hominē lacerēt. lācinēt exēp. Tolet, nõ lacerēt. ¶ **EXCA**. lxxv. Sues tantū & numerosos ædunt. Item plures contra naturam &c. Sensus ineptus & Plinio indignus. Quid enim significat, numerosos ædunt. Item plures? Quod si verbum, plures ad alia animalia referri dicas, cur dixit Sues tantum? Re igitur curiosius pensitata puto sic scribendum. Ex omnibus quæ perfectos foetus, sues tatum vnū, & duos ædunt, item plures &c. Aristoteles libro de generatione animalium quarto, capite sexto. Sola inter multipera sus parit perfectos, eaq; vna euariat. Generat enim multos more multifidi generis, cum & bisulcum & solipes sit,

Cas. meant apto | Ex tu  
 m'e octonos parunt  
 laconicæ pa  
 ciant eeg  
 ut in uis  
 Eximi<sup>9</sup> lo  
 cus.

Cas. h.

Cas.

Contra  
theodorū.

Cas.

Portentū ve  
rius quam  
menda.  
correctū.

Cas.

Cas. rubore  
pilo.

Cas. hæc rariore

Cas.

sunt enim locis quibusdam sives solida vngula. Partu igitur numerosa est, quoniam alimentum quod in corporis magnitudinem absumeretur, in excrementum seminale decedit. Id enim vt solipes magnitudine caret. Quin & potius quasi ambigens, cum natura solipedum bisulcum est. Hac igitur causa, & vnum parit, & duos, & quod plurimum multos. ¶ Prouentus eorum siccitatibus tradunt, & iam obituris vermiculum in capite gigni. Scribo diuersa distinctione. Prouentus eorum siccitatibus. Tradunt etiã obituris &c. ¶ **EX CAPITE. lxxij.** Et serenitate deficiens, vetus lectio, & serenitate desinens. ¶ Quacuncq; parte corporis humani contacta toti defluunt pili. Scribo, totius defluunt pili, hoc est totius corporis. Plinius libro, xxix, capite quarto, quippe cum salua eius, quacuncq; parte corporis, vel in pede imo resperfa, omnis in toto corpore defluat pilus. ¶ **EX CAPITE. lxxij.** Et quacuncq; æstas, aut ver, statumq; tempus anni generat. Breuior & castior Apographi Toletani lectio, & quacuncq; tempus anni generat, quamquam posset non absurde legi, & quacuncq; tepor anni generat. ¶ **EX CAPITE. lxxix.** sed ad sonum mergere se solent. Ideo & silentium in mari piscantibus, aliter in eodem Apographo, sed ad sonum mergere se dicuntur. Solent ideo & silentium in mari piscantes habere. ¶ **EX CAPITE. lxxx.** Congregari feros ad cibum consuetudine. Idem Apographo, congregari feros ad cibum assuetu. ¶ Genera piscium ad nomẽ venire quosdam singulos. Adde particulam, q; quosdamq; singulos, ex eodem Toletano. ¶ Itaq; produntur clarissime audire. Mugil, lupus, Salpa, Chromis. Quattuor hic pisces nominantur qui clarissime audiunt, cum tamen apud Aristotelem quinq; sint, libro quarto, capite octauo, his verbis. Sunt vero qui liquidius inter pisces audiant. Mugilis, Chremys, lupus, Salpa, Chromis, cætera piscium genera minus audiunt, quã ob rem inis gurgitibus versari potius solent. Sic habetur in græcis Aristotelis exemplaribus. In tralatione vero Theodori & minus pro inis, & chremys piscis sicuti apud Plinium desideratur. Expendendus igitur hic locus accuratius. Nihilq; temere statuendum. Athenæus septimo cremyos piscis meminit qui lapidem in capite habeat citatq; Aristotelem, apud quem tamen Chromis est non cremys. ¶ Velut sui cadaueris agnitione fugientes, melius auferedi casu, agnitione. ¶ Cornus ceruini odore serpentes fugantur, fugari serpentes incenso ceruino cornu res est exploratissima, a Plinio supra tradita libro octauo capite, xxxij, & Dioscoride secundo, Varrone tertio, Columella octauo pluribusq; alijs græcis iuxta latinisq; scriptoribus. Verum hic haud dubie non serpentes legendum, sed, insecta. Ostendit liquido id Aristoteles, cuius fulgor tanquã clarissimi syderis in emetiẽdo hoc pliniano gurgite, sub inde prospectari debet. Is libro quarto, capite octauo, sic scribit. Sulfuris item odore genera insectorũ multa intereunt. Ad hæc formicæ origani sulfurisq; puluisculo insperfo suas relinquunt cauernas, alioq; migrant. Cornus præterea ceruini facto incensu plurima insectorum pars fugiunt. ¶ **EX CAPITE. lxxxj.** Nam & ostreis & terrestribus vermibus, Vtrũq; exemplar. Nam &

cas.

cas.

cas. et statutu  
no statu.

cas.

cas.

cas.

cas.

cas.

cas.

## EX LIBRO

cas. pendat.

cas.

cas.

cas. actione oli  
zcu zoffa zentio  
uet.

cas.

cas.  
Loc<sup>9</sup> egres  
sius resti  
turus.

cas. Origem perpetuo  
sicione affata ge  
nantex nali loco  
potu carentem.

cas. Coruus et  
Coccy.

cas. aquarite  
gaie harpe z  
tuo echis acci  
pitr

cas. uir.

cas.

cas.

cas. quid z no  
affius mdi cin  
s z i ppenhig.

cas. comitui

cas.

cas.

ostreis, & terrestriū vermib<sup>9</sup>. ¶ Teneāt. p̄māt. pēdeāt. Legendū puto p̄dāt po  
ti<sup>9</sup> quā pēdeāt. ¶ **EX CAP. lxxij.** Atq; ita putamina excutiūt. Scribo extuf-  
siūt. ex utroq; antiquo exēplari. ¶ Cōtētiōne plumas & ossa reuomūt. L ego.  
cōtētiōne plumā excitā & ossa reuomunt. ex eisdem. quāquam in Salmaticē  
si non contentiōne. sed certione habetur. p̄cedente vacua areola. vt conijciā  
excreatione legendū. Item in Toletano duo illa verba. & ossa. defunt. ¶ Quæ  
auiditatem naturali sale augent. Legendum arbitror. quæ auiditatem natu-  
ralem sola augent. ¶ **EX CAPIT E. lxxiii.** Sed vt bibere fecēdunt. Scri-  
bo. sed vt bibere. sic edunt. Aristoteles libro octauo. capite octauo. Equi. mu-  
li. & asini fruge herbaq; vescuntur. sed maxime potu pinguescunt. Iumenta  
enim pro aquæ quam bibunt vsu. suo fruuntur pabulo. & quod minus potū  
aspernatur id appetentius pabuli est. & plenius obesatur. ¶ Orygem perpe-  
tuo sitientia africæ generant. & natura loci potu carentem. Legendum. Ory-  
gem perpetuo sitientem africa generat. ex natura loco potu carente. ex Salman-  
tican. exemplari. ¶ **EX CAPIT E. lxxiiii.** Coruus & Chlorio noctu in-  
uicem oua exquirentes. Aristoteles auem pipram vocat libro nono capite pri-  
mo. Hanc Plinius foricem. vt paulo post constabit. Theodorus piponem ver-  
tit. Quare hic non coruus sed forex forte legendum ex Aristotele loco antedi-  
cto. & Sorex inquit & Chloreus. nam oua sibi ad inuicem deuorant. ¶ A-  
quaticæ anates & gauix. Harpe & triorches accipiter. Scribo. Aquatica. Ana-  
tes. gauix & Harpe. Triorches accipiter. Aristoteles eodem loco. Inimica sunt  
etiam sibi mutuo quæ in aquis degunt. vt Anas. Gauia. Harpe. Quod autē  
sequitur de Triorche. hoc est Buteone. locus est vt censeo mutilatus. multaq;  
hic verba librarij indiligentia omissa videntur. Nam Aristoteles Buteonem  
aduersari ait ranis. rubetis. anguib<sup>9</sup>. deuorat enim ea. Triorche igitur p̄mis-  
so. consequens erat vt animalia subtexeret quibus cum bellum ei est. ¶ Sori-  
ces & ardeolæ inuicem foetibus insidiantes. Scribendum opinor. Sorices ar-  
deolæ. ouis & foetui insidiantes. Aristote. Sorex autem & ardeolis. nam oua  
deuorat & pullos ardeolæ. ¶ Formicosam arborem sorices cauent. Exemplar  
Salmantican. non sorices legit. sed vruca. vt. eruca forte scribendum sit. ¶ In  
caput serpentis porrectæ. Aristoteles libro nono. capite. xxxix. lacertam. nō ser-  
pentem infestari ab araneo tradit. ¶ Merulæ & turdi. L ego. Merulæ & turtu-  
res. tum ex exemplari Salmanticensi. tum ex Aristotele libro nono. capite pri-  
mo. Merula inquit amici sunt & turtur. Alias inter aquatilia Merula itidem  
turturem amat. teste Oppiano halieuticon quarto. ¶ Quin & effectus indi-  
cia sunt etiam in serpentibus. Vetus lectio. Quid non & affectus &c. Con-  
stat utroq; modo sensus. sed scripta lectio. elegatior. venustiorq;. ¶ **EX CA-  
PIT E. lxxv.** In terrestribus omnia quæ cor habēt dormire manifestum est.  
Ambo exemplaria pari consensu. In terrestribus omnia quæ cōtuentur. dor-  
mire manifestum est. Cui lectioni fauere videntur verba quæ paulo post se-  
quuntur. non oculorum argumento. ¶ Et ad tumultum aliquem expauiens  
tia. Vtrumq; exemplar ex pauescentia non expauiens. ¶ Somniat statim in

fans. Infantes non statim somnare auctor est Aristoteles libro de insomnijs, capite tertio, & libro de animalium historia quarto, capite decimo. Idem tamen libro septimo, somnare asserit. At rursus negat libro de diuinatione per in somnium. Familiare hoc Aristoteli, vt sæpenumero repugnantia sibi loquatur. Quod qui ignorat, parum se in eius lectione versatum ostendit. Nō quod sua ipsius placita Aristoteles refellat, rescindat ve, sed quod varia & interdum dissidētia diuersorum auctorum dogmata literis mandare, vtile & e republica literaria esse duxerit. ¶ Quibus mortiferum fuisse signum contra consuetudinem somnium &c. Exemplar Salmanticense, contra consuetudinem somniorum. L ego contra consuetudinem somnare, potest tamen legi somnium, idemq; est sensus, nec aliter Apographum Toletanum legit, sed nescio qua ratione implet magis animum, somnare.

¶ EX LIBRO VNDECIMO.

Capite primo.



TIVRE OMNIA IN SECTA APPELLATA. Coniuncto, et, nullum hic præstat vsum, de honestat potius orationem, quare eradenda videtur. Astipulante etiam Toletano Apographo. ¶ EX CAPITE. iij. Idq; ratione persuadentes. Idem exemplar. Idq; ea ratione persuadentes. ¶ Quoniam visceri interiori nexus spirabilis non inesset. Codex Salmanticen, quoniam per viscera interiora nexus spirabilis non esset. ¶ Qui sit nullis carentibus corde. Archetypum Toletanum, qui sit nullus carentibus corde. ¶ Quamuis arcente spiritum. Idem Apographon, quamuis arcente spiritum. ¶ Sanguinis vicem atramentum optinet. Vtrumq; exemplar non vicem, sed vires legit. ¶ Nō causas iudicare dubias. Toletanum Apographo, non causas dubias indagare. ¶ EX CAPITE. iij. Nihil intus nisi admodum paucis intestinum implicatū. Verba sunt vt reor inuersa, & in suum ordinem hoc modo restituenda. Nihil intus nisi intestinum, admodum paucis replicatum, hoc sensu, esse omnibus insectis nihil intus præter intestinū, & id quidem rectum, exceptis paucis quæ habeant replicatum. Aristoteles libro quarto, capite septimo. Partes exteriores insectorū has esse, atq; in hunc modum se habere constat. Intra sinum ab ore intestinum pluribus directum ac simplex vsq; ad exitum fertur. Paucis id est replicatum, & libro de partibus animalium quarto, capite quinto. Quibus autem aculeus nō parte priore habetur, his intra dentes tale sensorium continetur, idq; excipit intestinum rectum simplex, ad ostium vsq; excrementi porrectum, quibusdam hoc retortum in anfractum est. ¶ EX CAPITE. v. Fauos confingunt & ceras. Illæ ad vsus vitæ &c. Apographon Toletanū multo rectius. Fauos cōfingunt & ceras, mille ad vsus vitæ. Laborē tolerāt &c. ¶ Ex ymbra minimi animalis

cas. quid nō nunq; quib' mortiferū fuisse signū. Contra consuetudinem somniorum inuenimus exemplar.

In cas. exemplari deest liber xi.

Locus lepi de castrigatus.



incomparabile effecerit quiddam. In eodem Apographo Toletano, ex vmbra minima animalis incorporabile effecerit quiddam. ¶ **EX CAPITE .vj.** Ante fabas florentes non exeunt ad opera. Negatio desideratur in vtroque exemplari. ¶ His deinde fores quoque latiores circumstruunt. Verbum. His superfluit ex exemplari Toletano, & videtur mihi aptiorem esse lectionem, arctiores, quam latiores. ¶ **EX CAPITE .vij.** Pissoceros super eam venit picantium modo ceu dilutior, ceræ &c. Scribendum puto, picatus non picantium, & dilutioris ceræ casu patrio, potius quam dilutior cera in recto. Nam cum præierit verbum venit, commodius redditur nomen, picatus, quam participium picantium, præcipue cum verbalibus quartæ inflexionis libentissime Plinius vtatur, vt sunt, luctatus, cogitatus, vocatus, Spiratus, Gustatus, & id genus alij. Verba autem illa, ceu dilutioris ceræ etymologiam compositioneque dictionis, Pissoceros, monstrant. ¶ Initium plerumque emittore gummi. Scribo, e vitium populorumque mitiore gummi. Ex vtroque exemplari. Nam quæ ratione tolerari potest, ceræ initium, cum de tertia crusta quæ in opere mellificij propolis dicitur, sequatur paulo post, nondum tamen cera. Legendum vero esse vt dixi, picatum non picantium, Theodori etiam tralatio confirmat. Pissoceron enim vertit, cereum picatum libro nono, capite, xl. ¶ Gignitur autem rore verno. Mel gigni rore verno, non Erithacen, Aristoteles, Plinius & alij aceruatim auctores produnt. Quapropter verior hic erit lectio, rore marino, quam rore verno. Nam inter arbusculas quæ conseri debent circa apiarium, ros marinus memoratur a Columella libro nono, capite quinto. Item Varro libro tertio, capite, xvj, ex alia materia aliud mel fieri tradit, liquidum ex siferis flore, e contrario spissum e rore marino, & Plinius infra capite, xvj, marino e rore spissum. ¶ **EX CAPITE .x.** Prædiuinant enim ventos, imbresque & tunc se continent. Particula, tunc, delenda, ex vtroque exemplari. ¶ Quibus est earum adolescentia, ad opera exeunt. Triaprimum verba ad superiora pertinent. Reliqua sic lege, Adolescentiores ad opera exeunt, ex exemplari Salmanticensi. ¶ Ne inæqualitas operis, & cibi fiat & temporis. Considerandum an sit commodior lectio, ex cibi fiat & temporis, hoc est, ne ex inæqualitate cibi & temporis, consequatur inæqualitas operis. ¶ Struunt orsa ea concameratione aluei, textumque vel vsque ad summa tecta perducunt. Scribendum videtur, Struunt orsa a concameratione aluei, textumque vel vsque ad ima, telas deducunt, Nam & in Salmanticensi exemplari tela legitur, non tecta. Aristoteles libro nono, capite, xl, Exordium operis a tecto aluei, textumque ad pavementum perpetuo stabilimento agitur, pluresque ad pavementum telæ deducuntur. ¶ Nunc obliqui, nunc rotundi, qualiter poscit alueus. Legendum puto, nunc oblongi, nunc rotundi qualiter poscit alueus. Nam quæ vicinitas comparatio ve est, inter obliquum & rotundum. Columella libro nono, capite, xv. Cæterum figura cerarum talis est, qualis & habitus domicilij. Nam & quadrata & rotunda spatia, nec minus longa, suam speciem velut formæ quædam fauis præbent. ¶ **EX CAPITE .xj.** Certe quo maior fuerit multitudo. Adde eorum,

Locus ele  
gātissim⁹.

eorum, ex Archetypo Toletano, quo maior fuerit multitudo eorum. ¶ Regias imperatoribus futuris in vna parte aluei extruunt, amplas, magnificas, separatas, tuberculo eminentes. Videtur Collumellam sequi libro, ix. capi. xj. ita scribentem. Tum deniq; ceræ quæ semina pullorū continet partem recidere, in qua regij generis proles animatur. Est autem facilis conspectu, quoniā fere ipso sine cerarum, velut papilla vberis apparet, eminentior & laxioris fistulæ quam sint reliqua foramina quibus popularis notæ pulli detinētur. Hæc Columella. Cuius verbis illis (fere ipso sine cerarū) ductus forte Plinius, non vna parte, sed ima parte, vt coniectare licet, scriptum reliquit. Cæterum, cum dixit Columella ipso sine cerarum, non intellexisse imam partem aluei, sed extremum fauorum circuitum, monstrant Celsi & Higiniij opiniones quas statim refert. Celsus inquit affirmat in extremis fauis transuersas fistulas esse quæ contineant regios pullos. Higinius quoq; auctoritatem græcorum sequens negat ex vernaculo vt cæteras apes fieri ducem, sed in circuitu fauorū paulo maiora quam sint plebeiij seminis inueniri recta foramina repleta quasi forde rubri coloris ex qua protinus alatus rex figuretur. ¶ Quod si exprimat non gignitur soboles. Scribo, eximatur non exprimat Aristoteles lib. v. capite. xxj. Sunt qui fucorum quidem foeturam comportari ab aliquo ex his quæ modo dixi arbitrētur, sed apum generi ortū præstari a ducibus. Et mox, argumento referunt, quod fucorum foetus editur etiam sine duce, apum nūquam. ¶ A singulorum ex pedum opere, pronomē, ex, nō legitur in Apog. Tolet. ¶ EX CAPITE. xij. Vtināq; esset & purus ac liquidus & suæ naturæ. Ambo codices, aque est & purus ac liquidus. Corrigēdum reor, Ecqui esset, pur⁹ ac liquidus & suæ naturæ? ¶ Sorbetur optimū, forte, seruatur, melior esset lectio quam sorbetur, quod in initio capitis dixit, conditur. ¶ EX CAPITE. xiiij. Sūma quidē bonitatis, natione cōstat. Immo e cōtrario scribendum. Summa quidem nationis bonitate constat, ex Apographo Tolet. ¶ Immensa circa hoc subtilitas naturæ mortalibus patefacta est. L ego sublimitas, non subtilitas ex vtroq; exemplari. ¶ EX CAPITE. xv. Appellaturq; acoeton. Ambo exemplaria, acetū. Puto scribendū acedon, hoc est sine cura ac labore, vnde & vnum e septem animi vitijs acediam dicūt, & acedaria horti libro, xix. capite. iij. quod sine labore se præbeāt. ¶ Aptissimū existimatur e thymo coloris aurei. Vetus lectio, Aptissimum existimamus e thymo eximij coloris aurei. ¶ Abrumpi statim & resilire guttas, vilitatis indicium habetur, verior lectio, leuitatis quam vilitatis, vt quemadmodum si tactum præ tenuia fila mittat, argumentum habetur grauitatis, sic e contrario, abrumpi statim, & resilire guttas, leuitatis. ¶ Decimam partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet, legendum, non Thasio, sed Cassio. Tum ex vetere lectione, tum etiam ex M. Varrone in præfatione librorū de re rustica. Hos nobilitatos mago carthaginensis præterijt poenica lingua, qd̄ res dispersas comprehendit libris duodetriginta, quos Cassius Dionysius vticēsis vertit libris, xx. græca lingua, quos Sextilio prætori misit. Dionysium vero hunc, cum esse

## EX LIBRO

qui Magonem transtulit, ex indice etiam apparet. Meminit & Columella libro primo. ¶ **EX CAPIT. xvj.** Quoniam ad æquinoctium autumnale ab eo supersunt dies. xiiij. Lego dies. xij. non. xiiij. Nam arcturus exoritur pridie idus septembres, hoc est duodecimo septembris die, ut hoc loco tradit Plinius, & repetit libro decimo octavo, æquinoctium vero autumnale ut eodem libro prodit, fit octavo calendas Octobris, id est. xxiiij. die septembris, a duodecimo igitur septembris ad. xxiiij. eiusdem mensis, dies intersunt. xij. ¶ Aequitas quidem, etiam in eis obstringitur. Apographon Toletanum. Aequitas siquidem, etiam in eis obstringitur. ¶ Fumo crebriore etiam ignavia earum excitatur ad opera. Legendum arbitror, rariore, non crebriore, quia sequitur continuo, rursus nimio fumo inficiuntur. ¶ Vel minimo contactu roris acescentia. Scribo, oris, non, roris. ¶ Album mel non fit quod bithymum est, sed oculis & vlcibus aptissimum existimatur. Hæc verba in neutro exemplarium nostrorum leguntur. ¶ Adhærensque ita ut pascere videatur. Scribendum videtur, ut pendere, seu prendere videatur. Aristoteles libro quinto, capite vigesimo secundo. Foetu posito incubant apium more. Exclusus inde vermiculus dum parvus est, iacet in fauo obliquus, post deinde sua ipse facultate se erigit cibumque capit, & fauo ita adhæret ut retineri videatur. ¶ Fit in fauis quibusdam qui vocatur clerus, amaræ duritia ceræ, cum foetum inde non eduxere, morbo, aut ignavia aut in foecunditate naturali. Hic est abortus apum. Lege. Sclerus, non, Clerus, sic enim Græci durum appellant, quam lectionem Plinius agnoscere videtur, subiungens, amaræ duritia ceræ. Item particula, cum, per maiorem literam scribenda est, ut sit initium alterius sensus, & quod consequitur, pronome. Hic, cum minore, & annectendum superioribus, ut intelligantur duo esse morbi. Sclerus, & abortus apum, non vnus tantum. Aristoteles libro nono, capite .xl. Morbo examina valentiora potissimum infestantur, Sclero, sic enim vocant vermiculos qui in pavimento nascuntur, e quibus crescentibus velut aranea alueo toti obducitur, & faui carie pereunt. De abortu ibidem. Incubant apes suis fauis & concoquunt, quod nisi fecerint vitari ex aranea fauos aiunt, Quod si de cætero se continere potuerint, ut incubitu perseuerent, partis quasi abortus fit, sin minus toti pereunt faui. Nec me fugit superiorem morbum Clero ab eodem Aristotele vocari libro. viij. capi. xxvij. Plinius etiam infra duos facit morbos capi. xix. Sunt inquit & operis morbi, cum fauos non explent. Cleron vocant, id est blapsigonia si foetum non pagunt, quod si admittimus, dicendum erit vocari utroque modo & Sclero & Clero, ut Smicros, micros, & pleraque alia Græce. ¶ **EX CAPIT. xvij.** Quærat nunc aliquis, vnus ne hercules fuerit, & quot liberi patris sepulchrum. Postremum verbum desideratur in exemplaribus antiquis. Cætera sic lego. Quærat nunc aliquis vnus ne hercules fuerit, & quot liberi patres. ¶ Alterutra pars quæ suis fauere sentit. Scribo, quæ sibi fauere sentit, ex utroque Apographo. ¶ Easque acies contrarias duo imperatores instruunt, aptior lectio, duasque acies, &c.

¶ Maxime rixa in conuehendis floribus exorta & suos quibusq; euocanti-  
 bus. Quæ dimicatio iniectu pulueris &c. Nunquam mihi hæc lectio satis-  
 fecit, neq; visa est digna pliniano lepore, aptior videtur. Maxima rixa in con-  
 uehendis floribus, exhortantibus suos quibusq; euocantibusq;. Dimicatio  
 iniectu pulueris &c. ¶ **EX CAPITE. xviii.** Odere foedos odores, pro-  
 culq; fugiunt, sed & infectos. Scribo, sed & fictos, ex Apographo Toletano,  
 eximie. ¶ Subtrahitur itaq; deducta multitudine, verior lectio, diducta  
 multitudine. Exemplar Salmanticense, diductæ multitudini. ¶ **EX CA-  
 PITE. xix.** Iidem blapsigoniæ, legendum forte, Item blapsigoniæ.  
 ¶ Illitæq; ab aduersa parte, vero propius legetur, auersa, quam aduersa.  
 ¶ **EX CAPITE. xxi.** Cætera autem e cortice & harena Archetypum To-  
 letanū, ceræ autem cortice araneose. Scribo, ceræ autem cortice, araneosis ve.  
 Aristoteles libro quinto, capite. xxiiij. Cellis sex angulis fauos extruunt om-  
 nes, vt apes, sed ex materia corticea quadam & araneosa. Et mox paulo. Ve-  
 rum non in omnibus cellis inest æquabilis foetus, sed alijs iam grandiuscu-  
 l<sup>9</sup> vt vel queat volare, alijs in nymphea est, alijs in vermiculo, hæc Aristoteles,  
 quæ omnia hoc loco legis apud Plinium fere ad literam, vt culpam effugere  
 nequeant, qui pro, araneis, harena substituerunt. ¶ Et autumno non verno.  
 Lego, & autumno non vere. Aristoteles libro quinto, capite. xxiiij. Schado-  
 nes huius generis non vere, sed autumno fiunt, & crescunt maxime plenilu-  
 nio. ¶ Illis educatis alios subinde nidos. Scribe, ijs eductis, alios subinde &c.  
 ex Archetypo Toletano. Sequitur enim confestim, in quibus matres futu-  
 ras producant. ¶ **EX CAPITE. xxij.** Et alia horum origo e grandiore  
 vermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi erucæ sunt. Scribo.  
 Et alia horum origo, e grandiore vermiculo, gemina protendente cornua,  
 sui generis. Hinc erucæ sunt. Aristoteles libro quinto, capite. xix. Fit ex quo-  
 dam verme grandiore qui veluti cornua gemina protendit, suiq; generis est,  
 primum toto immutato eruca. ¶ Fit deinde quod vocatur Bombylis. Ex  
 ea, Necydalus, ex hoc in sex mensibus. Luxatus videtur ordo verborū, Scri-  
 bendumq;. Fit deinde qui vocatur Bombylius. Ex eo Necydalus in sex men-  
 sibus. Ex hoc bombyces. Telas araneorum reliqua. Aristoteles libro quin-  
 to, capite. xix. Fit ex quodam verme grãdiore qui veluti cornua gemina pro-  
 tendit, suiq; generis est, primum toto immutato eruca. Deinde bombylius.  
 Ex hoc autem Necydalus. Spatio autem semestri hæ formæ omnes transmu-  
 tantur. Porro ex hoc animali Bombyces. Hactenus Aristoteles, Cuius verba  
 parum fideliter a Theodoro tralata videntur. Nec mirandum. Nam codex  
 græcus mutilatus est ambustusq; hac parte nisi fallor. ¶ **EX CAPITE. xxiiij.**  
 Mox trahi inter ramos, exemplar Toleta, mox trahi in terrā. ¶ **EX CA. xxiiij.**  
 Luporum nomine minime non texunt. Verbum, nomine, redūdat ex vtroq;  
 exemplari. ¶ Quanta arte cælat pedicas scutulato rete crassantes. In quibus-  
 dam impressis exemplaribus. Quanta arte cælat pædicas, scutulato rete ad  
 capiendas muscas, circa grassantes, vt forte legi possit circuncursantes.

Cōtra the-  
 odorum.

EX LIBRO

¶ Ut arbitrari licet illa quæ difficile cernuntur. Apographon Toletanum, ut arbitrare licia, at illa difficile cernuntur. ¶ Age firmitas quanta irrupentibus ventis. Scribo. Age firmitas? quando rumpentibus ventis? ex eodem exemplari. ¶ Scissa protinus reficit, ad polituram farciens. Scribendum reor, scissa protinus reficit, abolita refarcit. ¶ Nonnunquam & lacertarum catulos. Hos primum tela inuoluentes. Lego cum minore littera, os primum tela inuoluentes. Aristoteles libro nono, capite. xxxix. Nam & lacertos paruos aggressus circumdat os, & filis obducit, donec cohibeat. Mox adhærens morsum defigit. Astipulatur etiam exemplar Salmanticense, & paulo ante. ¶ Per illud ipsum velox reciprocatio. Castior lectio Archetypi Toletani, per illud ipsum felix reciprocatio, hoc est nunquam deerrans. ¶ Pariunt autem oua ea in telas & sparsa. Lego. Pariunt autem oua ea in tela, sed sparsa. ¶ EX CAPIT. xxv. Siliter his & scorpiones. Pronomen, his, in Salmanticensi exemplari superfluit. ¶ In nouem genera descriptis per colores maxime superuacuos, quoniam non est scire &c. Legendum reor, in nouem genera descriptis per colores maxime, Superuacuo, quoniam non est scire &c. Describit etiam in nouem genera Apollodorum, seu apollodori sectatorem secutus Auicena, auctor quidem, ut barbarus sane eximius, sed qui ab ipsis barbaris medicis qui ex illo hauriunt, quique diuinis tantum non honoribus colunt, minime percipiatur, culpa tum pessimi translatoris tum etiam scriptorum & impressorum ignorantia, innumeris scatens erroribus, qui ad doctioribus medicis grece ac latine peritis subinde deprehenduntur. Tradit id fen sexta libri quarti, tractatu quinto. Quod etiam fecisse videtur sequente documento. Pennas inesse quibusdam. ¶ Constat & septena caudæ internodia sæuiora esse. Dissentit a Plinio Auicenna allegato loco, quosdam tradens sex habere in cauda spondylos, & esse letales, alios vero pauciores. Sed ut puto menda est in Auicena, legendumque in eo septem, non sex. Confirmat hoc Aelianus libro octauo de historia animalium. Nicandri quoque interpres in Theriacis ex Apollodori auctoritate septem quibusdam internodia esse scribit cum Plinio. ¶ In Scythia interimunt etiam sues. Scorpionem gigni in Scythia frigidissima regione, haud simile vero est, cum etiam in Italia tanto minus aeris inclementiæ obnoxia, raro Plinio teste visantur. Legendum igitur. In caria interimunt etiam sues. Aristoteles libro octauo, capite. xxviiij. Morsus beluarum ex locorum diuersitate plurimum differunt, ut in Pharo locisque alijs scorpiones non lædunt. At alijs & præcipue in caria multi & magni & nocui sunt, & si vel hominem vel quamuis bestiam percusserint, interimunt. Nec sues euadere possunt, quanquam cæteros virulentos ictus minime sentiunt. Et nigri eorum potissimum interimuntur, quisque tamē celerrime interit si ictus adierit aqua. Hæc Aristot. in cuius latina translatione, non caria, sed Scythia ut in Plinio legas, Ita puto de industria faciēte Theodoro, quod auctoritatē plinianorū exemplariū sequi, quā græcorum maluerit, Sed rem non recte perspexit, Nam græcam lectionem veram esse,

Auicennæ  
locus.

latinam vero falsam & a verita dissidentem, & ratio, & natura ipsa clamitat. Cōtra the<sup>r</sup>  
odorum.

¶ **EXCAPITE. xxvj.** A coitu foeminas ouis earum corruptis. Le-  
go ouis earum corrupti, hoc est deliniti, sapore allecti. Aristoteles libro quin-  
to capite. xxvj. Antecoitum mares Suauiores sunt, a Coitu foeminae, quip-  
pe quæ oua candida gustu habeant grata. ¶ **EXCAPITE. xxviiij.**  
Laterum & clunium colore. forte. candore scribendum potius quam colore.  
dixit enim lucere ignium modo, & ferrum ignitum candens dicitur.

¶ **Vnum hoc animal exanimatur, ob hoc cantharolethros appellatus.** Apo-  
graphon Toletanum, ob id cantharolethros appellatus. Cæterum quia Her- Cōtra Her  
molaum.  
molaus ceu hæsitans ex fide tantum veteris lectionis, Olynthum, legi posse  
ait iuxta quam locus hic sit cantharolethros, probabimus ex Aristotele non  
aliter hic legi posse quam Olynthum. Is in libro de admiranda auditione  
sic ait. In Chalcide thracice prope Olynthum, locum ferunt esse nomine Câ-  
tharolethron, paulo maiorem area, ad quem alia quæ accesserint animalia re-  
tro inde reuertuntur, at ex scarabeis nullus omnino regredi valet, sed in  
circuitu locum ambientes fame pereunt. ¶ **EXCAPITE. xxix.** Ge-  
minumq; exitum tradunt. Exitium, non exitum vetus lectio. ¶ **Vergilia-**

rum exortu parere, deinde ad canis ortum obire, & alias renasci. Vergiliae  
exoriuntur Plinio libro. xviiij. sexto idus Maij. Columellæ nonas Maij. Ca-  
nis ortus est septimo calendas Augusti fere. Fieri igitur nequit vt locustæ  
quæ Vergiliarum exortu peperere obeant ad canis ortum, cum Aristotele au-  
ctore libro quinto, capite. xxviiij. & Plinio paulo post, matres postquam fo-  
tificauere, e vestigio extinguantur & mares itidem eodem tempore. Itaq; pu-  
to ordine conuerso sic legi debere. Vergiliarum exortu parere, deinde obire,  
& ad canis ortum alias renasci. ¶ **Circa duo æquinoctia maxime, permuta**  
**verba, circa duo maxime æquinoctia.** Friuola hæc sat scio multis videbuntur,  
non dissimulanda tamen, orationem sæpe numero nisi in debitum ordinem  
reponantur, dehonestantia.

¶ **EXCAPITE. xxx.** Nam & formicæ  
similem ouis vere & hæ vt apes communicantes laborem. Archetypum To-  
letanum. Nam & formicæ similiter ouis vere & hæ communicantes laborem,  
reliqua superfluunt. Scribendum autem non ouis, sed apibus, quod verba  
statim sequentia coarguunt. ¶ **Quid possit quantulacūq; sedulitas.** Am-  
bo exemplaria castigatius legunt, quantulacūq; assiduitas. ¶ **EXCAPIT**  
**TE. xxxij.** Ad tactum mouetur aranei. Hæc eruca quam Chrysalidem ap-  
pellant rupto deinde cortice volat papilio. Quid obsecro significant prima  
illa verba, ad tactum mouetur aranei? Desiderantur nimirum aliquot hic ver-  
ba, quorum iactura sensum ita obnubilat vt percipi nulla mentis intentione  
queat. Quæ autem fuerit Pliniana mens, Aristoteles aperit libro quinto,  
capite nonodecimo, his verbis quæ ad maiorem rei euidentiam libuit repe-  
re paulo altius. Nascuntur papilioes ex erucis. Erucæ ex virentibus folijs  
maximeq; ex brassica. Primum, minus quid milio cōsistit in folio. Mox ver-  
miculi inde contrahuntur, & accrescunt. Tum intra triduum eruculæ affor-

mantur, quæ auctæ motu cessant, suaq; forma immutantur, appellanturq; tantisper Chrysalides quasi aurelias dixeris. Duro intacta putamine sunt, ad tactū mobiles meatibus araneosis obductæ. Nō os nō aliud ex mēbris quod conspicuum sit, possident. Longo post tempore, putamine abrupto euolant inde animalia pennigera quos papiliones vocamus. Itaq; primo dum erucæ sunt cibo aluntur, atq; excrementum emittunt. At vero cum in aurelias dictas transierint, nihil vel gustant, vel excernunt. Ex his Aristotelis verbis nemo est tam hebeti iudicio, quin possit coniecturam inire, quid in Plinio desit. Et verba illa. Hæc eruca quam Chrysalidem appellant, vitiata esse, legē dumq; Ex eruca quam Chrysalidem appellant. ¶ **EX CAP. xxxiiij.** Et alia vbiq; humor est nimius. Exemplar Toletanum, et alibi vbiq; humor est nimius. ¶ **Viuetium quoq; hominum capillo.** Postremum verbum, capillo, additum ab indocto lectore constantissime asseuero, ignorantia sequentis historię, de exitu Syllæ & Alcmanis, quam & supra libro septimo retulit Plinius, & ante eum Aristoteles libro quinto, capite. xxxj. Accidit inquit morbus hic nonnullis hominibus præ nimio corporis humore, & quidem aliquos ea foeditate obiisse proditum est, vt Alcmanē poetam & Pherecydē Syrium. ¶ **EX CAPIT. xxxiiij.** Nunquam in iumentis gignitur. Legendum reor nonnunquam in iumentis gignitur, nam in equis passim & mulabus gigni videmus. ¶ **EX CAPIT. xxxv.** Quippe cum & in niue candidi reperiantur & vetustiores vermiculi, in media quidē altitudine rutili. Nam & ipsa nix vetustate rubescit, hirti pilis grandiores torpentesq;. Locus miris modis confusus & cimmerijs vt aiunt inuolutus tenebris. Cuius restitutio si modo restitutus est magno nobis labore constitit. Hoc igitur pacto scribendum censemus. Quippe cum in niue vetustiore vermiculi reperiantur rutili nam & ipsa nix vetustate rubescit) & hirti pilis. In media quidem candidi & grandiores, torpentes que. Aristoteles libro quinto, capite. xix. Quin etiam in his quæ putredinem nullam posse recipere existimantur, nasci animalia nouimus, vt vermis in niue vetustiore, qui hirti sunt pilis & rubidi, quoniam & ipsa nix vetustate rubescit. Sed in niue mediæ terræ candidi & grandiores inueniuntur. Torpent omnes ac difficulter mouentur. ¶ **EX CAPIT. xxxvj.** Longiore paulo volatu moritur. Vetus lectio emoritur. ¶ **Tabani quidem etiam cæcitate.** permutatis verbis eadē. Tabani etiam quidam cæcitate. ¶ **EX CAPIT. xxxvij.** Medio eo exeunte alio, adde. e. præpositionem. e medio eo exeunte alio. ex eadem. ¶ **Acteonem enim & Cippū etiam in latina historia.** Archetypum vtrumq; latia historia non latina. ¶ **Vt lyras dices.** vt lyras decerēt. ambo exemplaria. ¶ **Iamq; alijs ad incursum robusta.** Scribe iam quidem alijs &c. ex Apographo Toletano. ¶ **Supina. cōuerfa. cōnexa.** Supina. cōnexa. cōuerfa. Idē exēplar. ¶ **Corporea hæc sicut cerastis,** aliquādo & singula, cochleis semp bina & vt prætedantur ac resiliant. Erratū esse in ordine verborū existimamus. Scribendum que. Corporea hæc sicut cerastis & cochleis, semper bina vt prætedantur ac resiliant. Aliquan-

Loc<sup>9</sup> ex de  
mortuo vi  
tæ restitu  
tus.

do singula. Forte autem non aliquando singula, sed alioqui singula. Porro exemplar Toletanum non bina habet, sed bipenna. ¶ Alij præfixa his pila cuspidant. Ambo codices. Alij præfixa hastilia cuspidant. ¶ Ceruis tantum solida. Scribe, ceruis tota solida, ex eisdem. ¶ Tenuiora foeminis plerunq; sunt. Verbum. Tenuiora, ad superiora attinere censemus. ¶ Sicut struthiocameli. Apographum Toletanum struthiocameli, tam hic quam in principio decimi, & ybiq;. ¶ Vertices bini homini tantum, aliquibus capit<sup>Pulcher</sup> ossa plana. Legendum & distinguendum aliter. Vertices bini homin<sup>locus,</sup>um tantum aliquibus. Capitis ossa plana. Aristoteles libro primo, capite septimo. Verticem caluæ medium discriminē & æquamentum capillorum vocamus, quod nonnullis geminum est. Sunt enim qui facti a natura biuertices sunt, verum non osse, sed capillorum æquamento. Quod autem Plinius statim subiungit. Capitis ossa plana, tenuia, sine medullis, ferratis pectinatim instructa compagibus, non aliquibus tantum, sed cunctis hominibus commune esse, docet idem Aristoteles loco eodem. ¶ Hominibus hoc sine sanguine, sine venis, & reliquis sine pingui. Ex his verbis, sensus hic elicitur. Homines cerebrum habere carens venis & sanguine. Reliquorum autem animalium cerebrum carere pingui, quasi innuat humanum nõ carere. Nam si & hominum & reliquorum animalium cerebrum pingui carere intellexisset Plinius, aliter locutus esset. At cerebrum humanum pingue habere falsum est si Aristotelem audimus, libro primo capite sextodecimo. Ita scribentem. Cerebrum omnibus priuatum sanguine est, nec venam intra se vllam continet, & ad tactum frigidum per naturam est. Nulla hic mentio pinguis in cerebro humano. Idem libro secundo de partibus animalium, capite septimo. Sed enim medullam calidam esse pluribus sane rationibus constat. Cerebri autem frigiditas & tactu percipi potest, & ratione intelligitur quod omnium maxime humorum corporis sanguine caret, quippe quod nihil sanguinis habeat squalloreq; obsitum sit atq; horridum. Item quod pingue est non facile exsiccat libro quinto de generatione, capite tertio. At cerebrum congelatur & durefcit secundo de partibus animalium & plinio paulo post, ergo &c. Quam ob rem legendum hic non sine pingui, sed sui pingue. Verum locus est mutilus & defraudatus aliquot verbis si recte coniicio. Aristoteles libro tertio, capite septimo. Cerebrum inquit vt adipe pinguescentium, pinguiusculum est veluti suis, sic sebo obeforum squallidiusculum sentitur, vt ouis. ¶ Omnium cerebro medio insunt officula parua. Aristoteles primo, capite. xvj. de cerebro agēs, habet suo in medio plerisq; omnibus cauū quoddā exiguū. De officulis cerebri nullibi mentio, nec apud Aristotelē, neq; apud Galenū de vtilitate seu vsu particularū, neq; apud pollucē, neq; quod legerim apud aliū. Quappter legēdū puto alterutro mō, aut oscula, aut quia prisciano placet hoc diminutiuum non retinere significationem primitiui, quanquam doctorum coarguatur auctoritate oscilla. ¶ Hoc est viscerum excelsissimum, proximūq; coelo capitis. Ex his verbis quinq; prio-



## EX LIBRO

ra redūdant in scriptis codicibus. Ego addo & posteriora duo superuacanea  
 esse. ¶ Sed auriculæ omnibus. Sed aliquæ omnibus, in eisdem habetur.  
 ¶ Et capiuntur attoniti somno. Legendum, sono, non somno ex eisdem.  
 ¶ Quo nam modo audiant mirum. Ambo exemplaria breuius. Qua nam  
 audiant mirum. ¶ In ascensu eius, in animo sensus eius, exemplar Salmanti,  
 quam lectionē videtur approbare quod sequitur, & in ijs pars animi. Quid  
 si legas in animo est vsus eius, hoc est vt imur frontis hoc vel illo habitu, pro-  
 vt animus hoc vel illo affectu agitur. ¶ Humectant, conuiuent. Legendum  
 videtur, nictant, conuiuent. ¶ Sic magna cogitatio obæcat abducto intus  
 visu. Scribo, mentis visu, ex Apographo toletano. ¶ Callosis contra frigora  
 caloresq; in extremo tunicis. Vtrumq; exemplar non extremo legit sed, extu-  
 mo. ¶ Alijs nigri, alijs atri, alijs ruffi, alijs glauci coloris. Eadem exemplaria,  
 alijs nigra, alijs arauitalis glauci coloris, cætera superfluūt. L ego alijs nigri,  
 alijs rauri, alijs glauci coloris. ¶ Quiritium magno ritu sacrum est. Verbum  
 magno non habetur in Archetypo Toletano. ¶ Crusta fragili inclusis rigen-  
 tes. Crusta fragili inclusos gerentes. Idem exemplar. ¶ Volucris in inferio-  
 re, & quibus molle tergo vt serpentibus & quadrupedibus quæ oua pariūt  
 vt lacertæ. Volucres. Serpentes, & lacertas in inferiore superiore ve gena pal-  
 pebras habere a vero desciscit quod præter communem & oculatam fidē Ari-  
 stoteles ostendit libro de partibus animalium secūdo, capite quarto decimo.  
 Aues inquit, & quæ cortice integuntur carent, vt quæ pilos non habeant, &  
 Plinius moxante. Ex cæteris nulli sunt nisi quibus & in reliquo corpore pili.  
 Quapropter verba hæc vt innumera alia, suum locum haud possidere mani-  
 festum est. ¶ Struthiocamelus alitū sola vt homo vtrinq; palpebras habet.  
 Falsum item Struthiocamelum vtrinq; hoc est vtraq; gena habere palpebras,  
 vt homo habet, cum tantum superiore habeat vt quadrupes. Aristoteles secū-  
 do de partibus animalium, capite quarto decimo. Cilium habent palpebris  
 adiunctum omnia quæ optinent pilos. Aues & quæ cortice integuntur carēt,  
 vt quæ pilos non habeant. De Struthione africæ causam quam ob rem ciliū  
 habeat, postea reddemus. Et libro quarto eiusdem operis, capite vltimo, de ip-  
 so loquens struthione. Item quasi quadrupes sit pilos habet palpebræ superio-  
 ris, & glaber capite, & parte colli superiore est. Hæc Aristoteles, ex quibus con-  
 iectamus locum hunc etiam esse truncatum & multa in eo verba desiderari.  
 Opinamur enim de Simia hic loqui Plinium, quam vtraq; gena vt hominē  
 cilia habere siue palpebras, Aristoteles tradit libro secundo, capite octauo. Ci-  
 lium inquit etiam cum cæteræ quadrupes non in vtraq; palpebra habeant,  
 Simiæ habent, quāquam prætenue ac prolixius potissimum in inferiore. Tra-  
 dit etiam id plinius infra capite. xliiij. Itaq; si aliquando ad diuinationem cō-  
 fugere licet, forte Plinius scriptum reliquit. Struthiocamelus alitum sola supe-  
 riore gena. At Simia vt homo vtrinq; palpebras habet. ¶ In paucis humani  
 corporis membris. Deesse videntur hic etiam aliquot verba. Idem con-  
 tingit, vel alia similia, Aristoteles libro tertio, capite yndecimo. Vbicunq; cu-

Locus ele-  
gans.

Locus exi-  
mius.

tis per se ac sine carne, vulnerata non coit, vt in gena, bucca, præputio, palpebra, & libro secundo de partibus animalium capite tertio decimo. Palpebra autem cute constat, vnde fit, ne aut palpebra, aut præputiū, vulnere diductum, coalescere possit. Et Plinius infra capite, xxxix. Vbi cūq; per se ac sine carne est, vulnerata non coit. ¶ Terrestres quadrupedes eodem quo cætera more, præterq; in obliquum. Vetus lectio amborum exemplarium. Terrestres eodem quo cætera modo, præterq; in obliquum. ¶ Capræ superiores non sunt præter priores geminos. Verum hoc non esse supra plinius monstrauit, nullum scribens cornua habere, cui superne primores essent dētes, sumpsitq; id ex Aristotele libro secundo, capite primo. Codices scripti genuinos habent non geminos. ¶ Intus os hirtum. Hirsutum codex Toleta. ¶ Zanclem samothracenum ciuem. Postremum verbum superfluit, in eodem exēplari, et Samothracem agnoscit non Samothracenum. ¶ Cætero maribus plures quam fœminis, in homine, pecude, capris, ve. Scribo in homine, pecude, capra, sue. Aristoteles libro secundo, capite tertio. Maribus dentes plures quam fœminis, vt in genere hominum, suū, caprarum patet. ¶ Timarchus Nicoclis filius paphij. Scribendum reor. Timarchus Nicoclis illius pater, duos &c. Pollux libro secundo capite de dentibus. Nicoclis autem Cyprij pater ad quem atheniensis sophista moralia scripsit præcepta, Timarchus nomine, duplicem ordinem dentium habuit. Pronomen, illius, adiecit Plinius quasi clari principis, & celebrati monumentis tanti oratoris. ¶ At canini amissi casu aliquo. Vetus lectio. Caninis amissi &c. ¶ Cæteris senecta rubescunt, equo tantum candidiores fiunt. Scribendum existimo liuescunt non rubescunt, vt illud Ouidianum de inuidia, liuent rubigine dentes. Aristoteles libro secundo, capite tertio. Agitur certe in equis contra atq; in cæteris animalibus, cum enim cæteris senectute dentes nigrescant, equo candidiores redduntur. ¶ Tenuissima serpentibus & trifulca. Aristoteles libro secundo de partibus animalium capite vltimo bisulcam tradit esse non trifulcam his verbis. Terrestrium autē, ouiperorum, sanguineorum pars maior linguam habet inutilem ad vocis officium & adhærentem & duram, quāquam ad saporum gustatum serpentes & lacerti longam habent & bifidam, atq; ita longam serpentes vt ex paruo longe protrahi possit. ¶ Qua vocem mittunt mares tum vocantur ololyzontes. Sic Hermolaus castigat, Nos aliter legendum cēsemus, qua vocem emittunt mares, quam vocant Ololygonem. Vetus enim lectio & romana exemplaria Ololygones habent, non Ololyzontes. Aristoteles libro quarto. Reddunt ranæ suam ololygonem illam, maxillæ inferioris labro demisso, pari libra cum aqua modice recepta in fauces, superioreq; intenta. ¶ Cæterum lata. Legendum reor, veterinum lata. Nam de veterinorum lingua nulla supra habita est mentio, in hac vtiq; commentatione non prætereunda. ¶ Elephanto precipue. Scribendū existimo, Elephanto perexigua. Aristoteles libro secundo capite sexto. Statim cum natus est elephante dentes habet, quāquam grandes illos non ilico perspicuos obtinet. Linguam perquam exigua in habet,

Locus in  
stis.Differit ab  
Hermolao

## EX LIBRO

atq; interius positam quam in cæteris sit, vt vix eam videre possis. ¶ Sub ea minor lingua, epiglossis appellata. Duo postrema verba pliniana non sunt si antiquis exemplaribus fidem habemus. ¶ Interior earum appellatur arteria, & paulo post, altera exterior est. Sic quidem in vtroq; scripto exemplari, & in romana ac parmësi impressione, sed vtrobiq; pessime. In alijs vero codicibus formis excussis e contrario legitur. Exterior earum appellatur arteria, altera interior est. Cui opinioni fauent (vt reliquos in re aperta missos faciam) tum Cornelius celsus libro quarto, capite primo, his verbis. Deinde duo itinera incipiunt, alterum asperam arteriam nominant, alterum stomachum. Arteria exterior ad pulmonem, Stomachus interior ad vëtriculum. Tum Aristoteles libro primo, capite sextodecimo, gula inquit intra collum est, ab angustia & longitudine nominata, cui comes arteria iungitur, priorem optinens situm. Et apertius libro secundo de partibus animalium, capite tertio. Ante gulam arteria posita est, quanquam impedimento sit, cum cibus ingeritur. Nam si quid cibi vel potus in arteriam dilabitur, strangulationes, tormina, & tusses grauissimæ excitantur. ¶ Hanc operit in epulando, ne spiritu ac voce illac meante. Necessaria est hoc loco diligentior attentio. Hæc si adhibita sit, non displicebit puto commētum nostrum. Existimo verba hæc, ordine turbato scripta esse, Scribendaq; ad hunc modum. Exterior earum appellatur Arteria spiritu ac voce illa meante, ad pulmonem atq; cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne si potus cibus ve in alienum deerrauerit tramitem torqueat, Altera interior est, appellatur sane gula, qua cibus atq; potus deuoratur. Tendit hæc ad stomachum, deinde in ventrem. Hanc per vices operit, cum spiritus tantū aut vox com meat, ne restagnatio alui intempestiua obstrepat. Hoc pacto si legas par ordo seruabitur in describenda vtraq; fistula a præstantissimo scriptore. Nam primo nomē & situs indicatur. Secundo quid per vtranq; comet, Tertio quo tendant. Quarto & vltimo quando & cui vsui ab epiglottide operiatur. Porro emendauit, illa meante pro illac meate ex yetere lectione. ¶ Testudini marinæ lingua nulla nec dentes, sed rostri acie comminuit omnia. Hæc verba nullum hic ius habent, vbi de arteria & stomacho differitur, non de lingua dentibus ve, transferenda igitur sunt in illum locum, in quo de dentibus & lingua locutus est. ¶ Postea arteria & stomachus. Legendum videtur. Post arteriam stomachus. Nam vt ex verbis Aristotelis paulo ante adductis patuit, priorem locum Arteria obtinet, posteriorem stomachus. Illud vero noscendum, tractationem hanc stomachi & corruptam apud Plinium, & interruptā haberi, verbis partim deprauatis, partim alienis falsisq; intermixtis, vt totus hic locus sic fortasse emendatius scribi possit. Summum gulæ fauces vocantur, postremum stomachus. Hoc nomine etiam, iam carnosa inanitas, adnexa spinæ, ad latitudinem ac longitudinem lagenæ modo fusæ. Est autem denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos, decrecentibus crenis quicquid appropinquat ventri. Nouissima asperitas vt scobina fabri. Quibus fauces non sunt, ne stomachus quidem est, nec colla, nec guttur, vt

piscibus, sed ora ventribus iunguntur. Cor animalibus &c. ¶ Sed hos primum mori. Vetus lectio, emori, vt supra etiam notatum est. ¶ Et quasi alterum mouetur animal, intra præmolli firmoq; &c. Scribo permutatis verbis & quasi alterum mouetur intra animal, præmolli firmoq; &c. Ex vtroq; exemplari. ¶ Vt pariat præcipuam vitæ causam. Apographon Toletanum minus corrupte pareat. Scribo, par erat. ¶ In priora & terga discurrent. Exemplar idem, in prorsa & terga discurrent. ¶ Sinuoso specu & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Aliquot hic suspicor verba librariorum incuria omiffa. Nam cum sit locus manifeste ab Aristotele tralatus, diuersam refert sententiam. Forte igitur Plinius sic scriptum reliquit. Sinuoso specu & in magnis animalibus triplici, in minoribus gemino, in nullo non aliquo. Aristoteles libro tertio, capite etiam tertio. Habent intra se corda omnia sinum triplicem, sed magnitudine varia, minutissimorum enim animalium sinus arctiores sunt, ita vt vnus qui amplior est vix conspici possit, reliqui sensum effugiant. Mediocrium animalium secundus etiam conspicuus est. Maximorum perspici omnes possunt. Et libro de partibus animalium tertio, capite quarto. Ventriculum triplicem cor magnorum animalium habet, duplicem minorum, vnum ad postremum, nullumq; est quod sine vlllo ventriculo constet. ¶ Maximum autem est proportionemuribus. Vtrumq; exemplar, portione, non proportione. & sic vbiq; Plinius, modo locus menda vacet. ¶ Augeri id per singulos annos in homine, ac binas drachmas pöderis &c. Codex Salmanticens. Augeri id per singulos annos in homine & ad binas drachmas &c. ¶ Per cauernam latomiarum euasit. Scribendum, lautumiarum, haud latomiarum, tum ex Toletano & Salmanticensi Apographis, tū ex Liuiio sexto & vigesimo volumine, Sed euidentissime ex Seneca nostro libro declamationum nono, declamatione quarta, extra controuersiam, de Sabino quodam. Ille etiam inquit cum reus rogaret, vt in lautumias transferretur, ne nunc inquit, quenquam vestrum decipiat nomen, lautumia illæ minime lauta res est. Locabatur in miserijs & periculis suis. In quibus non debuisset quis nescit, potuisse quis credit? Nec ignoro quæ de hac dictione ab indoctis & elementarijs grammaticis afferantur. ¶ Lacedæmonij pectus dissecuere causa videndi Archetypum Toletanum. Lacedæmonij pectus dissecuere viuenti. ¶ Vicesimam tertiam olympiadem, sextam idem habet non tertiam. ¶ Equi, muli, asini, cerui, capræ, apri, cameli, delphini, non habent. Capras fel non habere falsum est, docente id vel Plinio libro, xxviii, capite, x, idcirco legendum videtur, capræ, haud capræ. Aristoteles libro secundo, capite quintodecimo, fel alijs adnectitur iecori, alijs minime. Ex genere enim quadrupedum quæ animal generant, ceruo & damæ deesse notatum est, atq; etiã equo, mulo, asino, vitulo marino & murium nonnullis. Item libro quarto de partibus animalium, capite secundo. Quædam felle omnino carêt, vt equus, mulus asinus, ceruus, dama. Camelus non discretum, sed venulis quibusdã confusum habet. Vitulus etiam marinus caret, & inter pisces marinos del-

Lautumia  
dicendū,  
non lator  
mia

phinius. Porro damam ex genere esse caprearum syluestrium Plinius supra retulit libro octauo, capite, liiij. At dioscorides libro secundo, capite, lxiij. fel habere tradit & inunctum sanare lusciosos. Illud quoque animaduertendum, apri quem Plinius inter animalia felle carentia enumerat, nullam inueniri in Aristotele mentionem. E contrario Aristoteles vitulum marinum fel habere negat, Plinius paulo post fel habere tradit. Sed apri nullo modo legi posse liquet ex Dioscoride qui loco citato suem fel habere prodit, & ex Plinio libro, xxviii, capite, x. ubi in vsibus medicinae utile esse fel apri indicat. Quo pacto igitur curandum hoc carcinoma? Nempe ut permutatis sedibus, in locum aprorum vituli marini commeent, & apri in vitulorum marinorum. Sic fiet ut Plinius non dissentiat ab Aristotele, & quod peius est a se ipso. ¶ Sed renibus & partetantum altera intestino iungitur in coruis, coturnicibus, Phasianis, quibusdam intestino tantum ut columbis, accipitri, murænis. Nulla ratione verbum, renibus, tolerari potest, quia utitur exemplo auium quas renibus & vesicca carere Aristoteles auctor est libro secundo, capite, xvj. & Plinius infra capite, xxxiiij. De reliquo locus est lacunosus & lacer, in quo partim verba desunt, partim in ditionem alienam migrarunt, partim etiam redundant. Qua enim ratione Plinius colúbas & accipitres auium species, murænis piscibus coniunxisset? Legi itaque verius posset, sed auibus ex parte tantum ventri, alijs intestino iungitur, ut columbis, coruis, coturnicibus, Phasianis. Nā de accipitre mox paulo, ob idque superuacaneam esse eam dictionem putauerim. Aristoteles libro secundo, capite quintodecimo, quod etiam in auibus pari modo perspectum est, alijs enim ventri, alijs intestino iungitur, ut columbx, coruo, coturnici, hirundini, passeri. Alijs iecori simul & ventri ut capricipiti. Alijs iecori simul & intestino ut accipitri miluo. ¶ Præterea in pectore est & cæteris omnibus. Ex Aristotelis verbis paulo ante relatis colligi videtur, iecore, hic potius quam pectore legendum esse. Nā quo iure traderet nunc Plinius, cæteris omnibus esse in pectore qui mox ante dixerit, paucis auium fel esse in pectore. ¶ Membranis quæ præcordia appellant. Vetus lectio correctius membrana habet, non membranibus. Nam septum transversum a græcis diaphragma appellatum, vna duntaxat est, non plures membranæ. ¶ Omnia quidem principalia viscera, membranibus proprijs ac velut vaginis inclusit prouidens natura. Verbum, principalia, adulterinum inuectitiūque ducimus, quod omnia viscera, non tantum principalia membranibus natura inuoluerit. Aristoteles libro de partibus animalium tertio, capite, xj. Membranibus omnia viscera includuntur, quod tegmine opus est, quo illæsa seruētur. Idem scribit libro de historia animalium tertio, capite tertio decimo. ¶ Subest venter stomachum habentibus, cæteris simplex, ruminantibus geminus. Legendum reor, ruminantibus quadrigeminus. Aristoteles libro secundo, capite, xvij. Sed ventris dissimilitudo. Primum quod quadrupedes viuiperæ, cornigeræ, altera maxilla dentatæ quaternos eiusmodi habent sinus, quæ quidem & ruminare dicuntur, Gula enim incipiens ab ore, deorsum tendit ad pulmonē,

septumque transuersum. Hinc se ad ventrem applicat maiorem, qui parte interiore asper interceptusque est ac prope gulæ commissuram sinum sibi adnexum habet, quem ex argumento reticulum vocant. Est enim ventri extrinsecus similis, intus reticulis mulierum implexis, magnitudine multo quam venter minor. Hunc excipit omasum parte interiore asperum, cancellatum, crustatum, magnitudine reticuli. Ab omasum venter ab eo alius iungitur, magnitudine amplior omaso, forma oblongior, cancellis intus & crustis multis magnis & læuibus innormatus. Mox intestinum iam sequitur. Cornigera altera maxilla dentata omnia ad hunc modum suum habere ventrem certum est, sed differunt inter se magnitudine, aut figura, atque etiam quod gula vel in medium ventris tendat, vel in latus vergat. At vero omnia dentata maxilla utraque ventres singulos habent, ut homo, canis, sus, vrsus. ¶ Aues quoque geminos sinus habent. Quædam vnum quo merguntur recentia, ut guttur, alterum reliqua. Ita distingue ut dictio. Quædam cum minori litera scripta superioribus adiungatur. Aristoteles secundo volumine, capite ultimo. Aues & inter se ipsas differre, & a cæteris discrepare animalibus & interiorum partium ratione apertum est. Alijs enim ingluuies præposita ventriculo est, ut gallinaceo, Palumbo, Columbo, Perdici. Alijs ingluuies deest, sed eius vice gula pertinet latior & potentior, vel tota vel qua propius ventriculum adit, ut monedula, coruo, cornici. ¶ Quibus prælonga colla & angusta ut porphyrii, scribendum, quibusdam non quibus, & cum maiore litera, ut sit alterius sensus initium. Aristoteles libro secundo, capite ultimo. Sunt etiam quæuis paucae, quæ ingluuiei gulæque amplitudine careant, longitudine autem admodum proluxa utantur, videlicet quæ longa angusta que colla habent, ut Porphyrio. ¶ Pulmo quadruplo maior bubulo. Memoriam lapsus, venia dignus. Nam quæ Aristoteles de iecore scribit, Plinius pulmone tribuit, nisi quis malit errorem in librarium detorquere. Arist. lib. ij. cap. vlti. Exta quoque eadem suillis proxima, sed maiora. Iecur. n. quadruplo maius bubulo est, & reliqua pari ratione excepto liene, hic. n. minor proportione est. ¶ Ventriculus atque intestina pingui ac tenui omni integuntur, præter quæ oua gignentibus. Secus Aristoteles lib. quarto de partibus animalium, capite tertio. Omentum membrana est aut feufa aut adiposa, scilicet utromodo pinguescere animal solet, oritur id de medio ventre, tam vniuentri quam multiuentri generi, qua veluti futura describitur. Inest enim & in ventre ut in corde futuræ vestigium quoddam, vnde omentum exorsum reliquam ventris partem cunctaque in testina complectitur in omnibus sanguine præditis, tum terrestribus, tum aquaticis animalibus. Idem auctor eodem libro, capite primo. Omentum habere omnia animalia sanguine prædita scribit. Quare aestimandum, an hic legi debeat, præterque, non præterquæ. ¶ Aduersus iecur. Vetus lectio, aduersus iecori. ¶ Pectus hoc est ossa præcordijs & vitalibus natura circumdedit. Apographon Toletanum. Pectus hoc est costæ præcordijs &c. Lego Pectus hoc & costas præcordijs reliqua. ut supra munitum costarum & pectoris muro, ut par erat præcipuam &c. ¶ Funebri

Plinius lapsus  
suis memor  
dia.

Cōtra Her  
molaum.

quoties versa spiritum clausit. Exemplar Salmanticense funera habet, non funebris, vt legendum videatur, funerea. ¶ Potiusq; veterum nec dum effoetarum. Archetypum Toletanum, dum ne effoetarum. ¶ Et biduo ante partum aut post partum. Ambo codices, nec biduo ante partum, aut post partum. ¶ In iuuenta rubens, & senecta albescens. Vetus lectio iuuenta rubens, in senecta albescens. ¶ Cætera tanta duritia, vt ignis elidatur velut e silice. Exemplar Salmanticense, cæteris in tanta duritia. Legendum arbitror. Cæterum inest tanta duritia, vel potius permutatis verbis. Cæterum tanta in ijs duritia, de ossibus enim leonis loquitur. Aristoteles libro tertio, capite septimo. Constat profecto leo præcipue omnium animalium ossibus solidis. Sunt enim adeo dura, vt ex eis concussis, ignis velut e Silice elidatur. ¶ Nervi orsi a corde, bubuloq; etiam circumuoluti, similem naturam & causam habent. Hermolaus bubulo nobis potius quam bubulo vt scribamus præcipit, quanquam in secunda æditione priore sententia prope repudiata, in dubium vocat vtro modo legi debeat, nequaquam id facturum si libros de generatione animalium accuratius euoluisset. In quorum vltimo volumine, capite septimo, hæc verba leguntur, sed potissimum tauri neruosi sunt & eorum cor ita constat. Itaq; contentiorem eam optinent partem qua spiritum mouent quasi fidiculam intentam. Talem cordis bubuli esse naturam significatur, vel eo osse quod in nonnullis gignitur, ossa enim naturam neruorum requirunt. ¶ Aliubi interuentu, aliubi ambitu, aliubi transitu. Vetus lectio, aliubi, semper, non aliubi. ¶ Vt in vnoquoq; poscit figuratio. Eadem, vt quæq; poscit figuratio. ¶ In modulos certos legesq; metricas per ætates stabilis aut citat<sup>9</sup>, aut tardus descriptus ab herophilo medicinæ vate miranda arte nimiam propter subtilitatē descriptus. Exemplar Salmanticense, in modulos certos legesq; metricas per ætates stabilis, aut citatius aut tardius descriptas ab Herophilo medicinæ vate, miranda arte, nimiam propter subtilitatem descriptus. Scribendum opinor in modulos certos legesq; metricas per ætates, stabilis, aut citatio ris, aut tardioris, descriptas ab Herophilo medicinæ vate miranda arte, nimiam propter subtilitatem descriptas. Possent etiam legi, deserta, nō deserta vel deserta, vt referat artem vel Plinij auctoritate libro, xxix, capite primo, Deserta inquit & hæc secta est, quoniã necesse erat in ea literas scire. ¶ Aues nec venas, nec arterias habent. Contra Aristoteles libro tertio, capite quarto, omne animal sanguinis compos uenas habere tradit. ¶ In vmbilico venarum nodoso coitu. Scribe cum maiore litera, & aliter. In vmbilico, venarum nodosus coitus, ex vtroq; exemplari. ¶ **EX CAPITULO xxxviii.** Timidiora quibus minimus, at quibus nullus hebetia. Postremum verbum redundat ex ambo bus exemplaribus. Reliqua sic lego, timidiora quibus minimus, aut quibus nullus. ¶ Aprorum, & ceruorum, caprarumq; aut bubalorum omnium non spissatur. Eadem hic, quæ superius notata fuit, menda. Scribendum enim caprearum non caprarum. Aristoteles libro tertio, capite sexto, genus id ergo fibrarum quanquam maiori ex parte in sanguine omnium animalium inest,

tamen cerui, damæ, bubali, & aliorum quorundam sanguini deest, quo circa eorum sanguis non perinde ut cæterorum solet cõcrescit. Vbi autem Plinius capream vertit, ibi apud Aristotelem Theodorus damam tranffert. ¶ Macri- no viro, posterius verbũ desideratur in codice Salmá. ¶ Non mō tanto mi- nore suffusi materia. Scripta lectio, nō mō tantũ in ore materia suffusa. Legẽ dũ puto, nō morbo tantũ &c. ¶ **E X C A P.** xxxix, ceu vero nō crocodilis & duritia tergori. Vetus exẽplaria, ceu vero non crocodilis sit duricia tergori. ¶ Pennarũ caules omniũ auĩũ præcisæ nō crescũt. Exẽp. Tol. Pẽnarũ caules omniũ caui, præcisĩq; nō crescũt. ¶ Quæ oua, pẽnas, aut squamas, aut corticẽ, aut testá. Postrema duo verba supfluũt, ex vtroq; exẽplari. Nã testudines qua- rũ exẽplo vtitur nō testa, sed cortice integũtur, vt supra visum fuit lib. ix, capi. .xij. ¶ Pili a cute exeũt, crassa hirti. Salmá, exẽp. crassi legit nō crassa, cũ maio- re litera ac distincte, Pili a cute exeũt. Crassi hirtis. ¶ Cõgeniti autẽ nō desi- nunt. Pili cõgeniti auctore Arist. lib. iij, capi. xj. sunt pili capitis, superciliarũ, & palpebrarũ. Hos nō desinere procul a vero est. Seq̃tur, n. haud multo post. Libidinosi cõgeniti maturi⁹ defluunt, qđ & ipsum vt reliq; prope omnia ab Aristotele mutuatus est. Est igitur, desunt, nō desinũt legendũ, vt sit sensus, in ortu cõgenitos nunquã deesse, at post genitos deesse, nã his qui ante puber- tatẽ castrati sunt, nō exeũt & post pubertatẽ excisis soli decidũt, præterquã pu- bis. Et fieri põt vt hõ tũ mas tũ etiã fœmina, pilis post genitis careat, iam inde ab ortu naturæ vitio contracto. Hæc Aristoteles ante dicto loco. ¶ Sicut nec fœminis magno opere, loc⁹ est dimidiat⁹, mutilusq;. Nã vt puto Plini⁹ sic scri- ptũ reliq;. Spadonib⁹ pueris nō cadũt pili, sicuti neq; fœminis magno ope et ex eodẽ Aristotele, eodẽ loco. Caluitij inquit mulieres esse immunes, pueros & spadones, apertũ est. ¶ Ut & lanugines oris. Apog. Tol. lanugine agnoscit nō lanugines, cõmodiore lectione, vt sint duo auferedi casus de fluuio, & la- nugine. ¶ Viris crescũt maxime in capite, in capillo, nō in capite ambo exẽpla- ria. ¶ Quadrupedibus senectute crassescũt lanæq; rarescunt. Neq; hic locus vitio caret. Legendũq;. Quadrupedibus senectute crescũt lanæ quãquã raref- cunt. Arist. lib. iij, cap. xj. Quadrupedũ etiã pili lanæ ve senectute plixius au- gẽtur, quãquã rarescãt, fiãtq; pauciores. ¶ **E X C A.** xl. Nec supra geminos partus. Vtrũq; exẽplar, nec supra geminos foetus. ¶ Primis genitis in quoq; partu sues primas præbẽt. Ambo codices, premũt, habẽt, nō præbẽt. Itaq; legẽ dũ videtur. Primi geniti in quoq; partu sues, primas præmũt. ¶ Ut suã quĩ- q; nouit in foetu. Particula, vt, nō legitur in exẽp. Tol. ¶ **E X C A.** xli. Quin- gẽtas per omnia secũ fœtas trahẽs, balnearũ etiã folio. Archety, Salmá. Quin- gẽtas per omnia loca secũ fœtas trahẽs, balnearũ etiã foliũ. ¶ **E X C A.** xliij. Quibus ex rapina victus quadrupedũ, quini digiti in priorib⁹ pedibus, reli- quis quaterni. Leones, lupi, canes & pauca in posteriorib⁹ quoq; quinos vni- gues habẽt, vno iuxta cruris articulũ depẽdẽte. Reliqua quæ sunt minora di- gitos quinos. Verbũ. Leones scribi nō debet cũ maiore litera vt præbeat ini- tiũ sequẽtib⁹, sed cũ minore vt adiũgatur præcedẽtib⁹. Legẽdũq;, reliquis



quaterni, vt leonibus, lupis, canibus, ex Arist. euidenter lib. de partibus animalium. iiii. cap. ix. vt nonnullorum quorum pedes in digitos finduntur. Ob id pedes priores quinque distinctos digitis habent, posteriores quaternis, vt leones, & canes, atque etiam lupi & patheræ, quintus. n. eorum quinto magnoque manus respondet. Sed quæ parua interdigitata sunt, posteriores etiam quinque digitos optinent, quoniam serpere solent, scilicet vt vnguibus numerosioribus apprehendendo, facilius obrepant ad sublimiora. Itē, non vngues. præfert vtrūque exemplar sed Lynces, & vt reor non male, de digitis. n. hic agitur tantum. De vnguibus infra cap. xlv. Præterea addenda conuinctio, & scribendumque minora & digitos quinos.

¶ EX CA. xliii. Nā simiarum genera. Legere malle. Iā simiarum genera. ¶ Sūt enim vt manus prælogi. Lego prælogæ, tū ex vtroque apographo, tū etiam Arist. lib. ij. cap. viii. Pedes inquit sui generis habent, sunt. n. velut manus maiusculæ, & digitis vt manus constant, medio longiore, vestigiū etiam manui simile est. Ex quibus Aristotelis verbis planū fit, locū etiam sequentem edosum esse. ¶ Sed vestigiū palmæ simile faciūt. Scribendum. n. & vestigiū palmæ simile faciūt. ¶ Ac præter genitale tantum & hoc in maribus. Legendū ex Salmā. exemplari, & præter genitale & hoc in maribus tantum. Nā qui dicit. præter (modo de eadē re intelligat) non necesse hēt addere. tantum, an non satis est dicere. omnia animalia esse femina præter hominē, nisi addas etiam, tantum? ¶ EX CA. xlv. In posterioribus articuli breues. Scribo. in posterioribus marculi breues. Arist. lib. ij. cap. j. excepto elephanto qui digitos numero. v. indiuisos leuiterque discretos, crura priora multo posterioribus longiora, & malleolos posterioribus imis cruribus possidet. ¶ In posterioribus articuli pedibus quā prioribus. Sētentia imperfecta. p̄terque anteredita, vt supuacū fuerit eā repetere. Quappter tollēda hæc verba e medio tāquā ociosa puto. Id si fiat, priora cū sequentibus mire quadrauerint. ¶ Qua parietibus quadrupedū, crocodilo, lacertis, priora genua postcuruatur, posteriora in priorē partē. Verba corruptissima, a mēte Aristotelis & a veritate ipsa abhorrentia. Primo Arist. verba prætexā. Deinde ad eorum exemplar, quomō restitui pliniana queāt ostēdā. Arist. ergo lib. ij. cap. j. sic inquit. At ouiperis quadrupedibus, crocodilo, lacertæ, & reliquis generis eiusdē, crura tū priora, tū posteriora retro flectuntur, paululū in latus vergētia. nec secus in cæteris multipedibus agitur, nisi quā medijs pedes subinde ambigui amplius in latus flectuntur. Hæc Aristot. quē secutū Pliniū, existimo in hæc verba, aut his similia scripsisse. Qua parietibus quadrupedū vt crocodilo, lacertis, priora genua posterioraque postcuruatur, reliquæ vt supflua demēda. ¶ Sic & multipedibus p̄terquā nouissima salientibus. Si relata paulo ante Aristotelis verba diligētius inspiciantur, patebit, subeuntibus, hic, aut si manus subsequētib, non salientibus esse legendū, vt sit sensus, crocodilo & lacertis esse crura obliqua, & itē in multipedibus, præterquā in cruribus subeuntibus postrema, hoc est interiacētibus prima & nouissima, quæ auctore Arist. ambigua sunt. ¶ C. C. Mariū qui septies cōsul fuit statē sibi extrahi passū vnū hominē Oppius auctor est. Non vni tantū homini. C. Mario statī, varices extractæ sunt, sed alijs post eum,

eum, auctore Cicerone secūda thusculana. C. inquit Mari<sup>9</sup> rustican<sup>9</sup> vir sed plane vir, cū secaretur vt supra dixi, principio vetuit se alligari. Neque quisquā ante mariū solutus dī esse sectus. Cur ergo postea ali<sup>9</sup>? Valuit auctoritas. Patet ex his Ciceronis verbis legendū apud Pliniū, aut primū omniū, aut primū hominē, nā vnū hominē, nō procedit. ¶ Omnia animalia a dextris partibus incedūt, sinistris incubāt. Ex his verbis priora Aristotelica sunt ex lib. ij. cap. j. Initiū inquit incedēdi omnib<sup>9</sup> a dextris ptibus. Repetit idē lib. de incessu animaliu. Posteriora suspecta habeo, hærēsq; nihil audeo statuere. Certe illud cotidie cernimus, indifferēter mō dextris, mō sinistris partib<sup>9</sup> incubare animalia. ¶ EX CA. xlvij. Collū circūagit in auersum. Vetus lectio, collū circūagit in aduersum se. Forte legēdū, collū circūagit in auersa se. hoc est collū in auersum torquet, nō auerso corpore. Arist. lib. ij. cap. xij. Collū retro intorquet quiescēte reliquo corpore. ¶ Nulli vncos habentiū vngues lógipedes. Porre rectis ad caudā ea cruribus volāt. L. ego. nulli vncos habētiū vngues. L. ógipedes porre rectis ad caudā cruribus volāt. hoc sensu. Nulli vncūguū datos a natura radios. L. ógipedes porre rectis &c. Arist. lib. ij. cap. xij. sicut nōnulla ex aui- bus genera, quibus natura calcar etiā dederit. Sed nulli datū hoc est cui vngues adūci sunt. Et paulo ante eodē loco Aristot. Cauda etiā tali qualis data quadrupedibus est, volucres carēt, sed pēnis cōditā gerūt. Breuē quæ lógipedes ac planipedes sunt, maiorē autē quæ ecōtrario cōstāt, quæ vel cōtractis ad ventrē pedibus volāt, cū illæ caudæ pusillæ gerulæ porre rectis in caudā cruribus ferātur. Itē pronomē. ex. in Salmā. exēp. nō legitur. ¶ Qui negāt volucrē vllā sine pedibus esse, cōfirmāt & apodas habere, & ocē, & drepanin. Hermolaus pro. oten. vt antea legebatur nycterin emēdauit, quod in vetustis codicib<sup>9</sup> nō .otē. sed nectorē habeatur. Cuius sentētiā minime approbo. Cur. n. Hermo- laū rogo ad significandū vespertilionē græca voce vsus esset plinius, cū latina & receptissima præsto & ad manus esset præsertim ab ipso Plinio (vt alios si- leā) semp alias vsurpata. Nunquā. n. eius auis mētio incidit, vt nō semp vesp- tilionē appellarit, haud alio nomine. Sic lib. x. cap. lj. et. lxj. et li. xj. cap. xxxvij. et. xxxix. & lib. xxix. cap. xxx. semp vespertilionē nūquā nycterin appellat. Ego p- nectorē nō nycterin vt Hermolaus, sed (quāuis dura castigatio videri possit) hirūdinē scriberē, ex eodē cuius testimonio hermola<sup>9</sup> vtitur Arist. lib. eodē ca- pite. j. vbi tria auiū gña quæ hic recēsentur a Plinio coniunctim memorat his verbis. Sic nōnullæ aues depedes sunt, q̄ ob eā rē apedes a paruitate pedū nū- cupātur, qđ gen<sup>9</sup> auiculæ pēnis plurimū valet, sicut cætera quoq; ppe similia, vt pēnis præualere, sic pedib<sup>9</sup> de generare vidētur, vt hirūdo & falcula siue ri- paria. Hæc. n. omnia & morib<sup>9</sup> & volatu & specie, pxima inter se cōspiciūtur. Apparet apes omnibus anni tēporibus, riparia æstate tantū cū imber incessit, tūc. n. & apparet & capitur, deniq; rara hæc auicula est. Hæc Arist. apud quē apedes Theodorus vertit, ego cū Plinio & cæteris qui latine locuti sunt apo- des dixissē, dictione quidē græca, sed iā pridē a latinis recepta, qđ itē in drepa- ni fecissē & plurimis alijs, q̄ cū Plini<sup>9</sup> tātus yir græcis enūciat vocabulis Theo-

Hermola<sup>9</sup>  
taxatur.

Cōtra the  
odorum.

Iudiciū de  
Theodoro.

dor<sup>9</sup> vt ei visum est, hoc aut illo mō vertit. vnde apud alios magnā, apud me  
 nullā laudē cōsecutus est. ¶ EX CA. xlvij. Quia lōgitudō superficiē corpo  
 rū solā ampliat, Locus est deprauatissimus, & quantū cōiectura assequi pos  
 sum sic, aut restituēdus, aut tanquā cōcerpta vestis pro tēpore, quoad peritior  
 artifex adhibeatur, refarciēdus. quæ longā reddit ceruicē, crura solū ampliat.  
 ¶ EX CAPI. xlix. Genitalia maria quibus essent retro satis diximus. exēp.  
 Tol. retro fat, legit, nō retro satis. Salmāt. retrorsa. ¶ Vnde etiā calculo hūma  
 no remedia. Exēp. Tolet. Sūt die etiā. Salmant. Sūt dis etiā. Scribendū forte.  
 Sūt inde etiā, aut. Sūt de ijs etiā. ¶ Subiuges carpēto suo equas. Apog. Tol.  
 subiūctas, nō subiuges. ¶ EX CA. l. Atq; etiā in dextrā ac læuā motæ. me  
 lius. & que etiā in dextrā & c. ¶ EX CA. lj. Vocē nō habere nisi quæ pulmo  
 nē & arterias habēt, hoc est nisi q̄ spirēt Arist. putat. Pauciorib<sup>9</sup> verbis Apo.  
 Tolet. Vocē nō habere nisi quæ spirāt Arist. putat. ¶ Alia cū tractu stridorē,  
 vt cicadas. recepto. n. vt duobus sub pectore cauis, spiritu mobili occurfante,  
 mēbrana intus attritu eius sonare viscera fat notū est. Cætera simul cū vola  
 tu incipe audiri & desinere. Alius verborū cōceptus in eodē Apog. Alia cū tra  
 ctu stridorē vt cicadas. Recepto. n. vt duobus sub pectore cauis spū mobili oc  
 cursante mēbrana intus attritu eius sonare. Muscas, apes, & cætera similia cū  
 volatu incipere audiri, & desinere. Sonū. n. attritu & c. Porro scribendū reor,  
 nō cū tractu, sed attritu, vt ex sequētibus patet. & duobus sub pectore & c. nō  
 vt duobus, nisi malis cōmutatione particularū scribere, & enim & c. ¶ Mutæ  
 in macedonia tradūtur, muti & apri. Mutas esse apud cyrenem africæ ranas  
 Arist. auctor est lib. viij. cap. xxvij. & in lib. de admirāda auditione. In Mace  
 donia vero ranas mutas esse, mutosq; apros, apud Aristot. (nisi memoria fal  
 lor) neutiquā reperietur. Nec verebor hic aperire pro cōsuetudine mea) inge  
 nue quid sentiam. Puto aut hiantem esse locū, nōnullis verbis omissis, aut si  
 hoc nō est Pliniū errasse, perperā acceptis Aristotelicis verbis. Ea sunt in libro  
 de admirāda auditione ad hūc modū. Apud Cyrenē aiūt ranas mutas omni  
 no esse. Et in Macedonia quoq; in hæmatotarū regione sues esse solidorum  
 ynguiū. Hoc ipsum & lib. ij. cap. j. scribit idē Aristot. Et ante plinius meminit  
 hoc libro. c. xlvj. ¶ In homine etiā castratis. Nō hō dūtaxat castratus, sed om  
 nia castrata animalia exiliorem emittūt vocē. Quappter videtur mihi legen  
 dū hic esse nō. in homine, sed in omnibus. Arist. lib. v. cap. xiiij. verū nō in om  
 niū animalīū genere ita agitur. Sūt. n. in quibus e cōtrario sit, vt in bubus. nā  
 boū fœminæ grauiorē quā mas agit vocē, & vitulis grauior quā adultis pfe  
 ctis que. quā ob rē his castratis vox e cōtrario mutatur. Trāseūt castrata in fœ  
 minā. Et aptius volumine de gnatione animalīū. v. capi. penulti. Execta om  
 nia in fœminā mutātur. & quoniā vires nervosæ in suo originali principali  
 laxātur, similit̄ fœminis mittūt vocē. ¶ Eadē in senecta exilior. Apog. Tol. exi  
 liore nō exilior. ¶ Agnoscimus eā antequā cernamus. ea. scribo auferēdi casu  
 nō eā. ¶ Hinc tot cātibus & modulis flexiones, Apog. Tol. Hinc tot cātibus,  
 & moduli flexionesq;. ¶ EX CAP. lij. Addidit morū quoq; aspectus. Exē

Plinij er  
ror.

plar idé. spectus. præfert nõ aspectus. ¶ Trogtis & ipse auctor seuerissimus. Trogus & ipse auctor e seuerissimis. Idé exéplar. ¶ Quib⁹ iuxta nasum flexa sunt. plexa, nõ flexa, vterq; codex. ¶ EX CAP. liij. Cõtacta halitu eius attingit nulla fera, citiusq; putrescūt afflata reliquis. hominis tantū natura infici voluit pluribus modis. legendū diuersa distinctione. cicitiusq; putrescunt. Afflatu reliquis, homini tantū infici natura pluribus modis voluit. hoc sensu cætera animalia afflatu tantū inficere animā hoc est aeré, hominē auté voléte sic natura pluribus modis, ciborū, dentiūq; vitijs, sed præcipue senio. ¶ Exitura supremo, & sola ex omnibus supfutura. Archety. Tol. & sola ex omne supfutura. Scribo. & sola ex homine supfutura. ¶ Vultures vngueto quidē fugātur, alios appetūt odores. Scarabei rosam. Ordinē horū verborū vitiatū esse, theophrastus nos admonet, volumine de causis plantarū. vj. cap. iij. odores tractās his verbis. Enimuero alijs alij aduersi, nec quicquā cōmodi sentiūtur nõ ita solū vt nõ indigeāt, neq; quærat, sed etiā ab his p̄imantur, quæ nobis suauissime olēt, ceu vultures ab vnguētis, & scarabei rosas, nec non & apes vehemēter eos oppugnare vidētur qui vncti sunt. Hæc theophrastus. ex cui⁹ auctoritate sic Plinij verba lego & dispono. Vultures vngueto quidē necantur, scarabei rosa. ¶ Vomitiones homini ad hæc in remediū excogitatæ, frigidiora corpora faciūt. inimicæ oculis, maxime aut dētibus. fragiliora nõ frigidiora scribendū esse omniū medicorū tā græcorū quā latinorū placita proclamāt qui frequētes vomitiones corp⁹ debilitare, multaq; alia aduersa gignere tradūt. Paul. lib. j. cap. xlij. & pleriq; alij & si recipitur Auicena etiā fen quarta primi vbi multis capitib⁹ de vomitu differit. laudatq; eū, mō nõ sit nimius. Alioquin nocere stomacho & debilitare & resoluerē reddereq; aptū vt materix ad eū perueniāt. Obesse quoq; pectori & visui, & dētibus, & antiquis capitibus dolorib⁹. Nocere etiā hepatis & pulmōni, & venā qñq; scindere, & actionē eius ex eis esse q̄ pducūt homines ad malas ægritudines. ¶ Peruigilio quidē præcipue vincūtur cibi. Postremū verbū. cibi. desideratur in Tol. exép. ¶ EX CAP. vltimo. Augescūt corpa dulcib⁹, atq; pinguib⁹, & potu. Minuūtur siccis & aridis frigidisq; ac siti. Duo illa verba. frigidisq;. & si in scriptis exéplariibus, Romanaq; impressione legūtur, in parmēsi tñ & alijs recētioribus impressionibus redundāt, vt opinor recte. Scribendū itē reor, amaris, nõ aridis. Oppone pinguia, siccis. Potū, siti. Dulcia, amaris. Non omnino sententiā nostrā improbabis. ¶ Mori esuriēdi semp̄ inexplēbili auditate animalium vni homini. in exemplari Salmanticensi tria postrema verba superfluunt. In Toletano, vnū tantū, homini. Nec, mori esuriēdi, legēdū crediderim, sed moriēdi.

¶ FINIS. LAUS DEO.

The text in this section is extremely faint and illegible. It appears to be a list or a series of entries, possibly related to the 'AMICINO' header. The text is mirrored across the page, suggesting it was scanned from a double-sided document.

The text at the bottom of the page is also very faint and illegible. It appears to be a signature or a date, possibly 'L. L. L. 1880'.



CAROLVS • V • IMPERATOR • HISPANIE • REG

● OBSERVATIONES FREDENANDI PINTIANI

professoris Rhetoricæ et græcæ linguæ in  
clarissima academia Salmanticæsi,  
in loca obscura aut deprauata  
historiæ naturalis  
• C. Plinij, a fine  
libri. xj. vsq;  
ad finē  
• xxy.

● Impressæ in celeberrima vrbe Salmantica, in officina eximij viri Ioânis Giuntæ. iussu & impensis Reuerendissimi in Christo patris & illustrissimi antistitis Domini Francisci Bouadillæ episcopi Cauriësis Archidiaconi Toletani &c. Anno. M. d. xliiij. mēse septēbri. Cū priuilegio neqs excudat aut vëdat.





**O**R quanto por parte de vos Hernan Nuñez de guzman cauallero de la hordem de Santiago, cathredatico en la vniuersidad de Salamanca nos ha sido hecha relacion, que vos auays compuesto y escripto vn libro o libros de annotaciones y castigaciones sobre todos los libros de la natural historia de Plinio, y los querriades hazer imprimir. Y me suplicastes y pedistes por merced, que auiendo consideracion al trabajo y costa q̄ en hazer lo suso dicho auays tenido y terneys, os hiziessemos merced y mandassemos que vos o la persona o personas que vuestro poder ouiessem, y no otras algunas, pudiessem imprimir y vender el dicho libro o libros de las dichas annotations y castigaciones en estos reynos y señorios de Castilla, ni traer los a vender impressos de fuera parte o como la nuestra merced fuesse. E yo acatando lo suso dicho, y por vos hazer merced toue lo por bien. y por la presente os doy licéncia y facultad. y mando que por tiempo de diez años primeros siguientes que se cuentan desde el dia dela hecha de esta mi cedula en adelante vos o la persona o personas que vuestro poder para ello ouieré y no otros algüos, puedan imprimir y vender el dicho libro o libros dela dicha natural historia de Plinio, en estos dichos nuestros reynos y señorios de castilla. So pena q̄ la persona o personas que sin tener vuestro poder para ello los imprimieré o vendieré o hizieré imprimir o vender, pierdan la impressiõ que hizieren y vendieren, y los moldes y aparejos con que lo hizieren. E incurra mas cada vno de ellos en pena de treynta mil maravedis por cada vez que lo contrario hiziere. La qual dicha pena se reparta en esta manera. La tercia parte para la persona que lo acusare. Y la otra tercia parte para nuestra camara y fisco. y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare. y mando que cada pligo de molde delos dichos libros se venda al precio que por los del nuestro consejo fuere tassado. y a los del nuestro consejo presidentes y oydores delas nuestras audiencias, alcaldes, alguaziles, dela nuestra casa y corte y chancillerias. y a todos los corregidores, assistente, gouernadores, alcaldes, alguaziles, merinos, prebostes. y otras justicias & juezes qualesquier delos nuestros reynos y señorios que os guarden y cumplan por el dicho tiempo de los dichos diez años y hagan guardar y cumplir esta mi cedula, y contra ella vos no vayan ni passen ni consientan yr ni passar por alguna manera: so pena de la nuestra merced. y de diez mil maravedis para nuestra camara a cada vno que lo contrario hiziere. Fecha en Valladolid a veynte y dos dias del mes de hebrero, de mil y quinientos y quarenta y quatro años. Yo el Principe. Por mandado de su alteza pedro delos couos.

AD REVERENDISSIMUM IN  
CHRISTO PATREM ET ILLVSTRISSIMUM DOMI-

num. D. Franciscum Bouadillam episcopum Cauriensem, Archidiaconū To-  
letanum, &c. Fredenandi Pintiani ex equestri ordine militiæ diui Iaco-  
bi, professoris Rhetoricæ & græcæ linguæ in clarissima Sal-  
manticensi academia præfatio in Plinianas obserua-  
tiones a fine libri. xj. vsq; ad finem. xxv.



NON FUIT MIHI INTEGRVM ANTISTES

clarissime, implere promissum cui me obstrinxi in calce mea-  
rum in Plinium obseruationum, quas octauo abhinc mense  
amplissimo tuo nomini dedicatas emisi, perducendi videli-  
cet ad finem intra menses non multos laboriosum hoc incep-  
tum quod te auctore & impulsore aggressus sum, emaculan-  
dæ quo ad facere possem historiæ naturalis. C. Plinij. Inue-  
nior itaq; vt horatius ait parthis mendacior. Cæterum cõfer-  
ri in me eius rei culpa neq; potest, neq; debet, qui nunquam  
in exequendo opere semel suscepto cessauit, manum ve de  
eo sustuli, sed in operis ipsius difficultatem, quæ non dubie  
tanta est vt conatum quãtũlibet magnum hominis cæteris curis vacui retardasset, ne-  
dum meum, qui sum publicis prælectionibus, plurimisq; alijs occupationibus adeo  
impeditus, ne dicam obrutus, vt interdum vix ocium mihi ad scalpendum (vt aiunt)  
caput superfit. Omitto valetudinem quæ nõ omnibus horis mihi homini prope iam  
septuagenario prospera cõtingit. Omitto insperatas repentinaq; sollicitudines ac mo-  
lestias quas cotidie incurrimus, studijs inimicissimas. Omitto diuersa vitæ desideria  
quædam etiam relatu indigna, quæ nos omnib<sup>9</sup> ferme diei momētis a literis auocāt.  
Vt ignoscendus plane sim si non toto ære alieno me ad præsens exonerem. Nihilo-  
minus inter tot impedimenta quæ properanti mihi moram intulere, maiorem debi-  
ti partem dissoluo, continuatis obseruationibus a fine libri. xj. vbi desieram, ad finem  
vsq; xxv. Ita fit vt si bonum omnino nomen non sim, pessimum tamen appellari non  
cõmerear, cum per me non steterit quo minus debito liberarer, ni me operosæ rei im-  
mensus labor & quem verbis exprimere vix est, ad calcem omni studio festinantem  
remoratus fuisset. Sed omisis ijs quæ iustam cunctationi tarditatiq; meæ excusatio-  
nem dare possent, Inueniet claritudo tua præsul amplissime in his. xiiij. voluminibus  
quæ nunc tibi exhibeo, non pauciora nec minus atrocia monstra detecta superataq;  
quam in. x. prioribus. Nec ea debellasse contentus, feras alias minores neglexi, sed ex  
consuetudine mea, vt illæ quoq; quãuis non ita perniciosæ, amœnissimis Plinij agris  
nemoribusq;. exterminarentur curæ habui. Omnia itaq; in hac etiam secũda laboris  
mei parte lustravi, omnia rimatus sum, nihil intactum intentatum ue reliqui, dubita-  
riq; omnino nequit quin de opere quod aggressus sum quam diligentissime inquisie-  
rim, nec vt ego arbitror frustrante diligentia. Illud certe affirmandum habeo, quãquã  
non sine discrimine ne cui videar magnificè me iactare. Si decem tam strenuæ operæ,  
nolo enim dicere consiliarij quales illi. x. nestori similes, quorum consilio si sibi da-  
rentur, non dubitabat apud Homerum Agamēnō, quin breui Troia caperetur. Si. x.  
inquam tã strenuæ operæ auctoritate auspicijsq; tuis Plinio contingerent, fore vt de-



## PRAEFATIO.

posito magna ex parte squallore, absterfaq; rubigine quib; obsitus fuerat, plurimum pristini fulgoris gloriæq; reciperet. Quo nomine quantum vita ipsa doctorūq; omnium vniuersitas magnitudini tuæ debitura esset, in aperto est apud omnes qui vel paruis sacri huiusmysterijs initiati sunt. Debet nunc certe quantum nemini alij ex hispaniæ principibus, tum ob bonam vtilissimæ rei partem tuo ductu atq; imperio confectam, tum ob patrocinium literarum, quod a cæteris fastiditum & in totum repudiatum, a te auidissime susceptum, nõ constanter modo sed pertinaciter etiam tueris. Nã quid nunc attinet tempus frustra conterere, numerosas alias & incomparabiles magnitudinis tuæ virtutes vniuersæ hispaniæ & plurimis europæ prouintijs compertissimas recensendo? quarum splendore & superiorum laudes præstringis, & æqualium tuorum nomini ac famæ caliginem tenebrasq; offundis, & in posterum tanquam fulgentissimum sidus præluces, illustri ac memorando documento, quam vitam, quos mores postulet illorum persona qui Christi redemptoris nostri eiusq; apostolorum vice in terris funguntur. Remotus ab omni non solum ambitu sed etiam ambitione & aura populari. Non aliunde sed ex te pendens. Omnia tua præsidia in te ipso habens, tecūq; vt eleganter Persius poeta dixit habitans. Totus in cura ouium tuarum, Totus in sacris literis, philosophiæq; platoniciæ & aristoteliciæ studijs & honestissimis alijs disciplinis. Totus deniq; animi, Totus dei. Iure igitur ac merito omnes ad quorum notitiam tantarum laudum fama peruenit stupefcunt, admiratione tam inauditiæ incredibilisq; audaciæ. Vnus enim ac solus quod festiuissimus poeta ait temporibus malis ausus es esse bonus. Sed sentio me dulcedine laudum tuarum longius duci, quas pro dignitate exequi alterum esset opus. Redeo ad rem. Leget vt dixi amplitudo tua in his. xiiij. libris multa nisi me propriæ foeturæ amor falsum habet, cognitu dignissima, vt pote quæ summorum in literis clarissimorūq; hominum ingenia cæsurasq; tot annos fugerant. Nec sunt pauciora visenda ve minus, quæ in. xj. summos libros referuantur. Omnia ex densissima nocte vbi hactenus delituere, in lucem eruta. Nõ tamẽ sine multis meis vigilijs lucubrationibusq; ac sudoribus diurnis ac nocturnis, adeo vt vel cogitatione ipsa nõ minus præteritorum laborum, quam eorum qui supersunt, fatiger. Sed durandum est quia coepi, & si viribus deficiar, animo tamen perseverandum. Itaq; si per incõmodum valitudinis, alias ue offensiones mihi licuerit, absoluan nõ multo post quod reliquum est operis. Gratias vero vtilitatis quæ ex eo doctis omnibus & præcipue Plinianæ lectionis studiosis comparatur claritudini tuæ pater splendissime deberi, alias testatus sum. Sũma enim tua munificentia & larga manu nobis hæc oia facis, Oleūq; vt dici solet & impensas ad hæc elucubrandam & in cõmunem vtilitatem inuulganda suppeditas,

Vale.

FRANCISCVS BOVADILLA  
CAVRIENSIS EPISCOPVS, ARCHIDIACONVS

Toletanus, Fredenando Pintiano Rhetoricæ ac græcæ linguæ in  
academia Salmanticensi professori dilectissimo. S.



VANQVAM NON PRAETERIT NOS

Pintiane doctissime, quam sit dura hæc prouintia quam accepisti, ex purgandi quantum vires tuæ ferrent Plinij historiam naturalem tot vitij scriptorum & correctorū culpa commissis, nihil tamen minus veriti sumus quā ne tanquam immemor aut fallax sartorum tectorūq; redemptor, conductione renūtiata, aut eruditissimas tuas obseruationes in residuos eius libros cum summo studiosorum dāno in aliud tempus differres, aut non sine magna nominis tui iactura bonorūq; vt sic dicam prædiorum pollicitationi tuæ obnoxiorum detrimento, poenitentia tā laboriosi incepti omnino decoqueres. Nunc vero quod intra breue admodum tempus fidem tuam magna ex parte liberaueris, summo opere nobis tibiq; simul gratulamur. Nobis quod diligentia nostra nos frustrata nō fuerit. Nam graues debiti exactores nunquam destitimus etiam ante legitimum tempus, promissum opus cotidiano prope conuitio efflagitare. Tibi vero quod ad doctrinæ ingenijq; laudem quam ex æditis octauo circiter ab hinc mense in libros. x. obseruationibus consecutus es, permagna accessio facta sit ex secunda hæc æditione in sequentes. xiiij. vt non minoris eruditionis, ita non minus temporū culpa labefactatos & euersos. Amamus itaq; & admiramur sollertiam ac industriā tuā qui non multo mensiū numero eam operam nauaueris in restituendo auctore vt eminentissimo ita difficillimo, quam nemo alius nostro vt putamus æuo multo longiore temporis spatio præstare potuisset. Adde & illud quod est omnium maximum, ita ad amissum opus istud tuum refectum recoctūq; esse, vt neq; ob acceleratam compositionem quicquam de industria officio ue decessisse videatur, aut ad absolutam operis dignitatem, aliquid eruditionis seu iudicij desideretur. Fecisti igitur vt te dignū fuit, festinasti vt est in prouerbio lente. Tuorum vero scriptorū merita egregie professor, licet exploratum nobis sit & tu ipse non ignores, perpaucos admodum fore qui digne & vt par est expendant, meminisse tamen debes Ciceronianæ illius sententiæ, reconditum poema paucorum hoc est eruditorum consensum approbationeq; desiderare. Quā ob rem ad calcem inceptum opus vt perferas, non hortamur modo, sed magis ac magis a te contendimus, vel potius crediti iure reposcimus. Rem facies gratissimā non nobis modo quos scis Plinianæ doctrinæ ab adolescentia nostra fuisse affectissimos, sed plurimis etiam nostratibus studiosis, honestis ac eruditis viris, qui nobiscum literis egerunt, vt hoc a te nouis precibus & exhortationibus impetraremus. Nam quāuis non lateat nos, quod Pindarus tuus scribit, & nos alias diximus, multo laboriosius esse, euersam ciuitatem instaurare quam a principio condere, & ob id herculeos pene labores ac erūnas te pertulisse in parte operis consumata, & perlaturū adhuc in eo quod superest, non tamen debet tibi excidisse, minime cadere in constantem virum, quum semel coeperit, pedem referre, in re præsertim honesta, vtili, & item

magis quam dici possit necessaria, non solū disciplinis generaliter omnibus, sed etiā latino sermone. Nā ad augendam dicendi facultatem, quam sit locuples Plinius, neminem esse tam a bonorum auctorum lectione abhorrentem putamus, qui ea ignoratione teneatur. Sed scimus has exhortationes ad excitandam industriam tuam parū nobis necessarias fuisse, equum lydium in campum vt dici solet hortatibus. Tuis porro litterarijs sudoribus eruditissime Pintiane nulla potest pars laus inueniri. Ex literis enim & sermone multorum cotidie accipimus, te hominem affecta iam ætate, & in firmis viribus, cum deberes receptui canere, sine imposito diuturnis laboribus, totum adhuc esse in literis, nunquam te dare ocio, semper aliquid meditantem, quo de literis bene merearis. Dignissimus sane qui ab omnibus in vniuersum ameris, colaris, honoribusq; ac cōmodis augearis, a nobis vero præter cæteros impēse, quib⁹ peculiaris etiā intercedit causa, antiqua illa nostra cum tyrunculi adhuc essemus sub te literaria militia, paternus tuus in nos amor, mutua nostra erga te obseruantia. Cuius consuetudinis non oblitus, & dignos nos ducis quibus doctissima tua monimenta nuncupes, & ea nobis in tuis præfationibus tribuis, quæ etiam si vera essent, non tamen possemus salua nostra verecundia agnoscere. Quapropter ita tibi præceptor optime persuadeto, nihil esse ad præsens, aut fore in posterum tam difficile, quod non possis tibi cōstanter & intrepide de nobis polliceri, quos tanto tibi beneficio deuinxisti. Nec temere quicquam magis in votis habemus, quam dari nobis aliquādo facultatem, qua possimus beneuolum nostrum & gratum erga te animum, re potius quā sermone planum facere, & merita tua explere. Sed intelligimus maiora illa esse quā vt quis ea possit, in hoc terreno ac sordido vitæ domicilio digne remunerare. Speramus autē apud summum illum & iustum rerum omnium æstimatorem deum, a quo dona omnia & bonorum operum præmia proficiscuntur, vberimā tibi in cælis propositam esse mercedem, dignam assiduis tuis studijs, & heroico isto animo, quo iam inde ab adolescētia pessime de te ipso mereri instituisti, indicto cunctis vitæ lenocinijs, ac voluptatū illecebris inexpiabili bello, sola contentus, uirtutum & literarum conscientia, Vale.

## SEX LIBRO DVODECIMO.

Ex proœmio.



**V**TINDE eruta dicatur. Exēp. Tole. erudita legit, nō eruta. ¶ Vnio-  
 nē in rubri maris profundo. Scribo. in rubri maris pfunda, ex eodē.  
 Nam eadē locutione qua dixit vestes ad seras peti, subdidit in rubri  
 maris pfunda. ¶ EX CAP. I. Quin & syluanos faunosq; & earū ge-  
 neribus syluis ac sua numina tanquā e cœlo attributa credimus. Lo-  
 cum esse suspicor, non solū corruptū, sed verbis etiā aliquot deminu-  
 tū. Vtēq; melior erit lectio. Quin & syluanis faunisq; & nympha-  
 rū generibus e syluis sua nomina tanquā e cœlo attributa credimus. Nā & codex To-  
 let. nomina præfert nō numina. ¶ Elico ex Heluetijs ciuis earū, alia exēplaria ciuis eo-  
 rū. Ego puto scriptū fuisse a principio. ciuis. rom. pro ciuis romanus & postea depra-  
 natū fuisse in ciuis eorū. ¶ Ad tributariū etiā pertinēs solū, ac tributariū etiā detinens  
 solū. exēp. tol. ¶ Optantē imbriū p folia crepitus. honestior quorundā codicū lectio.  
 captantē imbriū per folia crepitus. & paulo ante. ¶ Domus suæ miraculū: domui legit  
 nō dom⁹. exēp. to. vt forte legi debeat. domui vmbraculū. ¶ Cū ipse pars esset vmbræ.  
 scribendū reor. cū impar is esset vmbræ. Cōuitiū quidē in Caiū, nō tñ plinij. ¶ Plata-  
 ni fatæ regenerauere vitiū. Legendū credo. platani fatæ degñauere in vitē. quia sequi-  
 tur illico. quādo quidē cōmendatio arboris eius nō alia maior quā solē æstate arcere,  
 hieme admittere. ¶ Sed qui se potētix causa cæsaris libertis ad optasset, spado thessali-  
 cus, vt merito dici posset is quoq; dionysi⁹. hæc tā sollicita disquisitio fortunarū ac mo-  
 rū hominis libertinæ cōditionis, nec præsentī instituto cōgruit & indigna est plinia-  
 na grauitate. Itaq; verba hæc nō plinij sed aliena cēsemus. ¶ EX CAP. iij. meminisse  
 cōueniet. Verior lectio monuisse cōueniet. quāquā puto verborū quoq; ordinē muta-  
 tū esse, & rectiorē esse scripturā. q̄liter omnia trāsitura lōgius seri, arctissimeq; trāsfer-  
 ri, monuisse cōueniet. ¶ EX CAP. iij. Herodotus eā æthiopiæ intelligere maluit tri-  
 buti vice regibus &c. Vtrūq; antiquū exēp. Herodotus æthiopiæ intelligi maluit, &  
 in tributi vicē regibus &c. ¶ Rarā arborē hebenū. Postremū verbū desideratur in am-  
 bobus exēplarib⁹. ¶ Per. dcccc. xc. vj. M. pas. nō posse legi. dcccc. xc. vj. M. pas. sed. dccc.  
 xc. vj. M. ostēdimus lib. vj. cap. xxix. ¶ EX CA. v. Foliorū latitudo peltæ effigiē ama-  
 zonicæ habet. Theophrastus lib. iij. de historia platarū, cap. iij. nō effigiē tradit, sed  
 magnitudinē habere peltæ. Foliū inquit pelta nō minus habet. ¶ Nec fabæ magnitu-  
 dinē excedens. digna trāsformatio quæ in ouidianas reponatur, ciceris in fabā. Theo-  
 phrastus loco pxime citato. Fructū admodū paruū, magnitudine ciceris, ficui similē.  
 ¶ EX CAP. vj. Plurima est in Sydracis. Scribo in Oxydracis ex strabone lib. xvj. &  
 stephano & reliquis. ¶ In bactris vtq; hæc verba nisi fallor ad præcedētia pti nēt. Theo-  
 phrastus eodē lib. & cap. Ferunt & Terebinthū haberi. Vt alij similē Terebintho cui  
 folia & rami & reliqua omnia terebintho similia. Fructus autē diuersus, similis enim  
 amygdalis. Nā & in bactris terebinthū hāc esse ferreq; nuces amygdalarū magnitu-  
 dine, quoniā nō magnæ sint, sed visu similes & suauitate amygdalis præstātiores. Ex  
 his Theophrasti verbis colligitur, verba quæ statim ante præcedūt aliter legēda esse.  
 ¶ Pomo amygdalis minore tantū magnitudine. Scribendū enim. pomo amygdalæ  
 magnitudine. vt superfluāt duæ illæ dictiones. minore tantū. nisi quis velit erroris no-  
 tam Plinio inurere qui verba illa theophrasti. quoniā magnæ non sint, male verterit.  
 minore tantū magnitudine. Nā theophrastus nō minora amygdala. sed pari cū Amy-  
 gdala magnitudine poma ferri ab ea arbore pdit. ¶ Sed vnde vestes lineas faciūt. Scri-  
 bo laneas, nō lineas, nihil. n. notius lanigeris india arboribus. Nā præter herodotū in

Restitue-  
 tus loco  
 eximi⁹

An Plin-  
 ius al-  
 lucina-  
 tus sit

tertio, theophrastus quoque de arboribus laniferis Tyli insulæ sic loquitur lib. iiii. de historia platarum cap. viii. In Tylo inquit insula quæ in sinu arabico est, parte ad orientem spectate, tantam arborum multitudinem esse affirmat ubi æstus recesserit, ut locus frequentissimo vallo munitus relinquatur. atque his omnibus magnitudo quæ fico. flos odore excellens. fructus ingustabilis & visu lupino similis. Lanigeras quoque arbores multas eadem insulam ferre. Has folia vitigena gerere, verum minora, fructum nullum. Id in quo lana continetur, mali amplitudine cerni. Verum nascens compressum, cum tempestivæ maturitatis sit aperiri, & lanam excipi, qua telas texunt, alias viles, alias preciosas. Hoc idem & in india sicut dictum est & in arabia fieri asseverat. ¶ Folium moro similis, calice pomi cynorhodo. Sic hermolaus corrigit, ex theophrasti auctoritate se id facere professus. Sed temperare mihi nequeo, quo minus dicam mirari me in plerisque hermolai frontem, auctores cum magno studiosorum dispendio falso subinde citatis, & quorum nec minima subsit mentio eis tribuatis, ut plane videatur imposturam voluisse lectoribus facere. Theophrasti verba subtexam, ut planum fiat omnibus quam vera hermolaus tradiderit. Platarum inquit ex quibus vestes conficiunt folium moro simile habet, totam autem stirpem similem cynorhodo. Hæc ad verbum Theophrastus. In quibus verbis ubi obsecro est, simile esse laniferam arborum calice pomi, cynorhodo. Nec scio unde Hermolaus collegerit valere argumentationem a similitudine totius ad totum, ad similitudinem partis ad partem, ut si sic argueris. Tota simia toti homini similis est, ergo simiæ nasus naso hominis. Ita & si tota arbor lanigera similis est cynorhodo, non consequetur puto, ut calyx pomi arboris lanigeræ, similis sit calyci pomi cynorhodi. Publica ante hermolaum lectio impressorum codicum erat. Calice bobicino rhodo. Ex qua si theophrastum & Plinium convenire volumus, hæc eliciemus. corpore toto cynorhodo, hoc est stirpis universitate. At durior inquit est correctio. Quis neget. Sed multo duriores præcessere aliam, quas tamen fatearis necesse est veriores esse sibyllæ folijs, tam eximijs scriptorum testimonijs obvallatæ sunt. ¶ Nec est gratior vllarum prospectus. Verum lectio. nec est gratior villosæ aspectu. Scribo non villosæ aspectu, sed vinearum aspectu. Theophrastus citato volumine. Seruntur ordinatim. Quapropter e longinquo aspiciendi vites apparerent. Nec est quod minus credam quam verba illa. nec est gratior. si vera esse, sed quomodo castigem ad præsens non occurrit. ¶ EX CAP. vii. fiuntque semina casta & inania. Lego. fiuntque semine castæ & inanes. ut referatur ad siliquas. Nam & scripta lectio. semine agnoscit non semina. ¶ Quod vocat brechmasin sic indorum lingua significante abortum. Ambo antiqui codices. quod vocant brigma, sic indorum lingua significante mortuum. ¶ Sola placere amaritudine. placere exempli. tolli non placere. ¶ Vtrumque sylvestre generibus suis est. Tria piperis genera indicata sunt, non duo. Longum, album, nigrum. Non est igitur locus verbo illi. vtrumque. Quare vtrumque lego, non vtrumque. ¶ Hæc in aqua cum semine excepta in æreo vase medicamentum fit quod vocat lycio. Scribo. Hæc in aqua cum semine excocta. reliqua. Nam & vetus & recetior omnis lectio. Hæc hæc non. Hæc. refertque id pronomine, radicem. Item frutice malim legere quam semine, quamquam violenta correctione, Dioscorides lib. i. Colligitur ex ea succus, tuis una cum frutice radicibus. & cum diebus aliquot in aqua maduerint decoctis. Tum excepto ligno, iterum eo qui superest liquore ad crassitudinem mellis decocto. & Plinius lib. xxiii. cap. xiiii. Coquuntur in aqua tuis rami, radicesque summæ amaritudinis æreo vase per triduum. ¶ Spinam ipsam in græcia quidam Pyxanthum chironium vocat. Scribe foemina terminatione Pyxantham Chironiam. Dioscorides præallegato loco. Lycio quod Pyxantham aliqui vocat, spinosa arbor est. & Plinius lib. xxiii. cap. xiiii. Lycio præstatius e spina fieri tradit, quam & pyxantham chironiam vocat. ¶ EX CAP. viii. Item laurino folio & ibi spina tradita est. Particulam. Item. per minorem literam scriptam, cum duobus, verbis sequentibus, superioribus annecte, ex

Contra  
Hermolaum.

Expen  
de locum

Theophrasto lib. iiii. apertissime. ¶ **EX CAP. ix.** Aliqui peraticū. Quædā exēplaria Pyriticū, Vetus lectio Parthicū qd' magis probo. Nā vt supra ostēdit Plinius lib. vj. cap. xxv. duodeuiginti erant Parthorū regna. Vt mirū nō sit si ex Media aduectū Parthicū appellaretur. ¶ Bactriano nidor ficcus. Vetus lectio, nitor hēt nō nidor. Legendū existimo, nitor suus, hoc est peculiaris, proprius, vt cōfestim. Præterea suū pōdus. ¶ Cætera eius genera cortice Scordasti &c. Adde cōuictionē. et. Cortice. & Scordasti. ¶ **EX CAP. xij.** De folio nardi plura dicere par est. dici, nō dicere codex salmāticēsis. ¶ Folia diuisere annonā, ab amplitudine adrosphæru vocatur. Rectior ātīqua lectio. Folij diuisere annonā amplitudine Hadrosphæro vocatur &c. seqtur cōtinuo. ¶ Maioribus folijs. xxx. Exēp. Salmā. populis legit nō folijs, Toletanū pipulis. vt forte legēdum sit scripulis. ¶ Nardo color qui inueterauerit. Nardi color si inueterauerit. codex tolet. Nardo colos si inueterauerit, Salmā. ¶ Frutice myrtuoso. Exēp. tol. mōtuoso nō myrtuoso. ¶ **EX CAP. xiiij.** Atramitæ pago sabæorū. Vtrūq; exēplar pagus nō pago. ¶ Saba appellatur qd' significare græci mysteriū dicūt, spectās ortus solis æstiuī, vndiq; rupibus inuia & a dextra maris scopulis inaccessa. Paucioribus verbis ambo exēplaria. Saba appellatur. Hoc significare græci mysteriū dicūt. Spectat ortus solis æstiuī. vndiq; maris scopulis inaccessa. ¶ Minorē autē Arabiā. Legendū Orobiā non Arabiā. Tū ex apog. Tol. tū ex Dioscoride lib. j. quātitate minimū. sic dictū ab eruo notissimo leguminis genere, qd' græci appellāt Orobos. ¶ Quæ tertiam partē minæ hoc est. xxxix. denariorū pōdus æquat. Exēp. Salmā. xxviiij. nō. xxxix. Neutra lectio vera. Scribēdū. xxxiiij. Nā Mna seu mina pēdet drachmas atticas. c. auctore Plinio. lib. xxj. cap. xxxiiij. Ergo tertia pars minæ erūt fere. xxxiiij. drachmæ seu denarij. ¶ Certo itinerrū nūero. Iterū, nō itinerū, apog. Tolet. qd' est notandū. ¶ Abest a Gaza nostri littoris iudææ oppido. Idē codex. abest a Gaza nostri littoris in iudæa oppido. ¶ Itē ne dentē recipiat potius quā in micas frangatur. Scripta lectio. Itē ne dentem recipiat, potiusq; in micas fricetur. L ego frietur nō fricetur. ¶ **EX CAP. xv.** Ipsiq; vnguētarij digerūt haud difficulter. Vetus lectio. nostriq; vnguētarij. ¶ **EX CAP. xvj.** Tertia dianitis. Forte dāniatis ab oppido Sabæorū Dānia Plinio lib. vj. cap. xxviiij. vt paulo post. qnata Sébracena a ciuitate regni Sabæorū. ¶ In Messalū oppidū cōfertur. Plinius lib. vj. cap. xxviiij. Messallā appellat nō Messalū. ¶ Quæ ibidē quadā e spina colligitur. exēp. tolet. quæibi de quadā spina colligitur. ¶ **EX CAP. xvij.** forte casuq; hoc & iniuria fieri odores plures existimauere. Legendū reor. auctores. non odores. ¶ Distillantēq; ab his casus mixtura succū. Duo illa verba. casus mixtura. nō puto esse pliniana. ¶ Sūt qui herbā in cypro ex qua id fiat ledā appellēt. & enim illi ladanū appellāt. Budæus ledā & ledanū hic legit. Ego ladona & ladonō legi posse video. Paulus lib. vj. Ladonō inquit a Cistho vocato ladone fit. Est autē in cypro. Appellari porro ladonē fruticē testis est & Dioscorides lib. j. Galenus vero lib. vij. de simpliciu facultate cisthō fruticē ladanō vocat. ¶ Huius pingue insidere. L ego. Huic pingue insidere. Dioscorides loco ante dicto. Sūt etiā qui tractis per frutices funibus inhærentē illis pinguitudinē deradūt, conformatāq; pariter seruāt. ¶ Odore iucūdo gratū. rectius in vtroq; exēplari. odore iucunde graui. ¶ Nec baccæ nocet. Nec baccæ nocetur eadem exēplaria. ¶ Inde Gabbā oēs petere solebāt. Scribo Gabbala nō Gabbā. Tum ex Dioscoride qui styracē Gabbalitē celebrat, tū ex Plinio infra cap. xxvj. ¶ Adhūc ergo sanādū vrunt styracē in pellibus hircinis. tria postrema verba. in pellibus hircinis. per errorē hoc in loco inserta cōiectamus. Arbitramurq; locāda esse post illa quæ non lōge ante præiere ex Syria reuehūt styracē. Qñquidē & de ladano supradictū est, excipi pellibus caprinis. & de Myrrha cōferiri in follibus promiscue. ¶ Quæ nō assiduitate sui fastidiū pariat. Ver

Contra  
Budæū.

Locum  
nota

Verba i  
propiū  
locū re  
stituta.

bū. sui. redundat. ex tole. archetypo. ¶ EX CAP. xviii. Falsa & ingrata cognominis. Codex Salmā. Falsi legit nō falsa. Scribendū reor permutatis dictionibus. ingrata & falsi cognominis. ¶ Cū plus ex eo inferis debeat. Beatā illā fecit &c. Vtrūq; exēplar. cū plus ex eo inferis debeat. amillā fecit. Scribo. cū pl<sup>9</sup> ex eo inferis det. Beatā illā fecit &c. Sic paulo post. aceruatim cōgesta honori cadauerū quæ dijs per singulas micæ danī. ¶ Quæ dijs intellexerat genita adhibēs vrēdis defunctis. Verbū adhibēs superfluit ex ambobus exēplaribus. Et scribendū. intellexerunt numero multorū ex eisdem. ¶ EX CAP. xix. Cinnamomū & Cassiā fabulosa narrauit antiquitas princeps ue Herodotus auiū nidis & priuatim Phœnicis in quo situ liber pater educatus esset. ex inuijs rupibus arboribusq; decuti. Permutādæ particulæ. et vbi legitur. ue. scribēdū que & ecōtrario. ex Herodoto euidentissime lib. iij. Cinnamomū inquit etiā quā superiora mirabilius legūt. Nā aut quomō aut qua in terra gignatur. illud nequeunt dicere. nisi qđ probabili rōne vtūtur. qđ quidā volunt id gigni in his regionibus vbi dionysius educatus est. & ipsas Cinnamomi festucas afferrī a grādibus quibusdā alitibus ad nidos e luto constructos in præruptis montiū & homini inaccessis. Hæc herodotus. a quo quia ambigue subobscuraq; dictū fuit in præruptis mōtium nidos strui. neq; additū in rupibus ne eos cōstruāt. an in arboribus vt plerūq; aues solēt. ideo Plinius per disūctiuā ex inuijs rupib<sup>9</sup> arboribus ue dixit. ¶ Itē Cassiā circa paludes oppugnāte vnguib<sup>9</sup> diro vespertilionū genere. Scribendū. paludē. vnitatis numero. Vna. n. tm̄ palus est ex qua legitur. Herodotus loco citato de Cassia agēs. Ea inquit nascitur in palude nō alta. Circa quā & in qua degūt feræ alatae vespertilionibus simillimæ. stridore diro & viribus præualētibus. Ex quibus herodoti verbis liquet mēdose legi verba etiam statim sequētia. ¶ Aligerisq; serpētibus. videtur. n. scribendum. aligeris vespertibus. ¶ Cōmutata vero fabula est. Vterq; codex. comitata vero fabula est. ¶ Tot generū auræ expirāte cocētū. Archety. tol. tot generū aura spirāte cōceptū. ¶ Odore primū nunciatā. Mallē legeres. odore prænūciatā. ¶ In portū gebanitarū qui vocatur ocila. Ocelin nō Ocilā vocauit portū hunc lib. vj. cap. xxij. Nauigare inquit incipiūt æstate media ante canis ortū aut ab exortu protinus. veniūtq; circiter tricesimo die Ocelin Arabiæ. aut Canē thuriferæ regionis. ¶ Ipse frutex duorū cubitorū altitudine. duū cubitorū nō duorū Archety. Tole. ¶ Gigni quidē in planis. Duo postrema verba in neutro quidē exēplari legunt. legitima tm̄ esse apparet ex illis quæ sequunt. Frutex & cassia est. iuxtaq; cinnami cāpos nascit. ¶ Aut cui albet cortex. Exēp. Tolet. aut cui labif cortex. ¶ Incēsis vt ferūt syluis ira barbarorū. Id acciderit ne ob iniquitatē præpotētū. an forte nō satis cōstat. cōfusissimus verborū cōtextus simul & distinctio. Scribendū puto. incēsis vt ferūt syluis. Ira ne barbarorū ob iniquitatē præpotentiū? an forte id acciderit nō satis cōstat. ¶ Quē cōtra atq; in cinnamomo leuari preciū est. Codex to. recti<sup>9</sup> labare legit nō leuari. vt nō multo ante. Dānatur in primis molle. aut cui labif cortex. Qđ ergo illic dixit labitur. hic alio verbo sed paris intellectus repetijt. ¶ Cōsecant surculos. Alia exēplaria. Tū secāt surculos. Scribo. Cū secāt surculos. Ex theophrasto lib. ix. vt statim liquebit. ¶ Lōgitudine binū cubitorū. L ego digitorū nō cubitorum. ex Theophrasto apertissime lib. ix. cap. v. his verbis. Cū itaq; virgas secāt longitudine binū digitorū aut paulo ampliores abscindere. recēteq; bouis corio eas persuere. Tum ex eo lignis putrecentibus vermiculos nasci qui lignū erodāt. corticē vero nullatenus tāgant ob amaritudinē acrimoniāq; odoris. Hæc Theophrastus. quæ omnia vides optime lector hic a Plinio tralata. Præterea dictio sequēs. Mox. cū minore scripta præcedēribus assuēda est. ¶ Gustu ue quā maxime feruēs. Scribe. gustuq; quā maxime feruens. ex yetere lectione. ¶ EX CAP. xx. His addidere māgones. In codice Salmāti.

Particu  
læ inge  
niose p  
mutatæ

Pulch  
er loc<sup>9</sup>.

mangonis legit nō māgones. ¶ Qui cōsidere ex nabataeis. Hæc verba in exēplari sal-  
 manti, superfluūt. ¶ EX CAP. xxij. Myrobalano preciū in libras. x. bini. Codex Tol.  
 .x. binis. Alia exēplaria. binas. nō bini aut binis, vt forte legendū sit, bini asses. vt in-  
 fra. cap. xxvij. preciū optimo in libras bini asses. ¶ Qm̄ tñ hic vnguentorū materia tra-  
 ctatur. Scribo. qm̄ tñ hic. c. hoc est nō alibi in toto opere. ¶ EX CAP. xxv. Malleolis  
 feri dicitur nuper victa. Apog. Tol. Malleolis feri dicit nuper victa. Scribo. Malleolis  
 feri didicit nuper victa. ¶ Intra quintū demū annū. Ambo exēplaria. Intra quintū de-  
 uictæ annū. Nec venit legūt statim ante, sed veniere. ¶ Et alias adulterat femine suo.  
 & alias adulterat feminis succo, vtrūq; exēplar. ¶ Qm̄ ipsū quoq; inhærescit. duo il-  
 la verba, ipsum quoq; superfluūt ex eisdē. ¶ Quæ probatio eius gemina est. aptior le-  
 ctio. genuina est. ¶ Nā melle mutātū statim contrahit muscas. Adde. manu. Nā melle  
 mutātū statim manu cōtrahit muscas. ex vtroq; exemplari vt paulo ante. qm̄ et ipsum  
 quoq; inarescit in manu inuerfa. ¶ Quippe milibus denariorū. denariū nō denariorū.  
 scripta lectio. ¶ Intus similitudo harūdinis. Exēp. to. intus simili mō harūdinis. ¶ Ob  
 id in scobe sordescit. Dele p̄positionē. ex eodē. ¶ Post supradicta ex Pisidia. Sidone.  
 Cypro. Cilicia. Creta. Scribo. Post supradicta ex Pisidia Sed & Cypro. Cilicia. Cre-  
 ta. ex eodē rectissime. prouinciæ. n. hic, nō ciuitates enumerātur. ¶ Permutat in libras  
 .y. Exēplar idē, in libras. xv. ¶ EX CAP. xxvj. preciū optimo in libras bini asses. Exē-  
 plar idē in libras. xix. ¶ A singulis ad ccc. puenire libras. Idē. a. x. xx. singulis ad. x. ccc.  
 peruenire libras. ¶ Oleū autē ipsum. Vtrūq; archetypū foliū agnoscit nō oleū. ¶ Iā tñ  
 colorē mutās. Probabilior lectio. Iā tñ colorē mutās. astipulāte et sal. exēp. ¶ EX CA.  
 .xxvij. Scd̄a in Lycia cedro. Scd̄a in Lycia e cedro. Vet<sup>9</sup> lectio. ¶ Ois aut ex alba la-  
 brusca præstātor quā e nigra. Aliter exēp. Tol. Omnibus autē est alba labrusca præstā-  
 tor quā nigra. ¶ Et qd̄ Caryopō appellāt. Comacū antea legebat. Hermolaus de rafa  
 priore dictione Caryopō substituit. citatq; suorū codicū fidem, nescio quā bona fide.  
 Ego vero cū e duobus quæ habere potui exēplaribus in vno Chamochō inueniā, in  
 altero Comachū, & Romana impressio cæteræq; recētiore Comacū agnoscant, anti-  
 quā lectionē cōuellendā nō cēseo. præsertim cū Plinius libro sequente cap. ij. rursus co-  
 macū nominet. Sed quid exēplariū fidē Plinij ue imploramus, cū Theophrastus om-  
 ni nos dubitatione soluat lib. ix. Comacū. n. duplex facit. Alterū fructū, alterū qd̄ pro-  
 batissimis quibusq; miscetur vnguentis. quē locū parū fideliter Theodorus trāstulit.  
 Qd̄ aut in Syria vt Plinius scribit nascat Comacū falsum est, in Arabia. n. eodē Theo-  
 phrasto auctore loco citato nascitur. Quapropter aut vitiatus est in Plinio locus, legē-  
 dūq; In Arabia gignitur vt cinnamomū quod comacū appellant, aut Plinius nō re-  
 cte Theophrasti verba accepit. ¶ Hic est succus nuci expressus multum a furculo veri  
 cinnami differens. Legendum reor. Hic est succus nuci expressus, multum a succo il-  
 lo veri cinnami differens.

Locum  
attēde.

Locus e-  
ximiū  
contra  
Hermo-  
lai fētē-  
tiam.

Contra  
Theo-  
dorum.

An Plī-  
nius er-  
rauerit;

### EX LIBRO. XIII. CAPITE. I.



**NIDOREM** Verius quam odorem nouerant. Ambo exempla-  
 ria. nidorem nouerant. Cætera superfluunt. ¶ Persarum esse debet  
 gentis vnguentū. Illi madent eo. Codex. To. cōmutato ordine. Vn-  
 guentum persarum gentis esse debet. Illi madent eo. ¶ Mutatā au-  
 ctoritātē. mutare auctoritātē. scripta lectio. ¶ Oenāthinū in Cypro,  
 deinde in ægypto. Tria postrema verba nō habent in nostris exēpla-  
 rib<sup>9</sup>. ¶ Et vilissimis quidē hodie est obid creditū & id in vetustis-  
 simis esse. Codices nri. E. vilissimis qdē hodie est, obid credit & in vestutissimis esse.  
 ¶ Constat ex lilijs balano. Codices ijdem balanino præferunt nō balano. ¶ Calamo,



EX LIBRO

Loc<sup>9</sup> in  
signis.

Melle. Cinnamomo. Croco. Myrrha. Aspalatho. Lege Calamo. Croco. Myrrha. reli-  
qua redundat ex iisdē. ¶ Et idē Cyprinū. Scribendū puto. Itidē Cyprinū, siue & item  
Cyprinū. vt repetatur. Est tenuissimū. ¶ Externa omnia & prodigiosa. Cinnamomi-  
no adijcit balaninū. Aliter antiqua omnis & recētior lectio. Externa omnia & pdigio-  
sa cinnamomino precia. Adijcit Cinnamomino &c. vt lib. priore cap. xxvj. In precio  
quidē prodigio simile est &c. ¶ EX CAP. ij. Cinnamomo. Comaro. Legendū vt su-  
pra ostēsum est Comaco, nō Comaro. Sic. n. hēnt & scripta & excusa omnia exēplaria.  
¶ Cypro. Amaraco. collato melle &c. Exēp. Tolet. Cypro. Amara. coloto. Scribo Cy-  
pro. Amaraco. Loto, ex Theophrasto lib. ix. de Stirpibus. Quibus inquit ad vnguen-  
ta vtunt hęc fere sunt. Casia. Cinnamomū. Nerū. Balsamū. Aspalathus. Styrax. cōse-  
cratrix. Narta. Costus. Iigusticū. Crocū. Myrrha. Gladiolus. Iūcus. Calamus. Amara-  
cus. Lotus. Anethū &c. ¶ Nihilq; eius rei causa in Italia victrix omniū. In Europa  
vero præter Irin Illyricā & nardū gallicū gigniūt. Notandū est quattuor illa verba ante  
cedētis capituli duodecimo fere a calce versu. Externa omnia & pdigiosa, illic per erro-  
rē posita, hic inferi debere. Vt sic scribēdū putē. Externa omnia & prodigiosa. Nihilq;  
in Italia victrix omniū, In Europa vero præter Irin Illyricā & Nardū gallicū nascit.  
Nā verba illa. eius rei causa, aduentitia putam<sup>9</sup> & supra verba illa. victrix omniū. scri-  
pta ab aliquo qui exponere voluit, ideo fuisse italiā victricē omniū, qd' ab huiusmodi  
delitijs abstinuisset. ¶ EX CAP. iij. vt trāseunte foemina odor inuitet etiā aliud agē-  
tes. Dictionē. foemina. expositionis causa additā putamus. legendūq; trāseutes, nō trā-  
seunte. cur. n. foeminā trāseuntē potius quā virū pbatū vnguentū alliceret, promiscuo  
illis tēporibus inter vtrosq; vnguētū vsu. ¶ Sed & hęc aliqua differētia signāda sunt.  
Exēp. Tolet. Si tñ & hęc aliqua differētia &c. ¶ Liniq; iam. lini non lini legit exēp.  
salmā. ¶ Queso vt qualiter sentiret iuuaretq; ab ea pte corporis. Cōuertenda puto ver-  
ba. Queso vt sentiret, qualitē iuuaret ab ea pte corporis. Nā particula. q; a nullo exēpla-  
ri scripto impresso ue agnoscit. ¶ Et custodijs horrida. custodib<sup>9</sup> nō custodijs. codex  
tol. ¶ EX CAP. iiii. Nulla est in Italia spōte genita. nec in alia pte terrarū nisi calida.  
Ambo exēplaria. Nulla est in Italia pte terrarū nisi in calida. Minus male legeť. Nulla  
est in alia parte terrarū nisi in calida. ¶ A fimo quidā etiā lædi putāt. & assyriorū pars  
aliqua si nō riuis misceat. Scribo. A fimo quidā etiā lædi putāt, si nō riuis misceat. cæte-  
ra falso inserta sunt. Patet apertissime ex Theophrasto lib. ij. cap. viij. cuius hęc verba  
sunt. De fimo diuersa sentētia est. Quidā. n. has fimo delectari negāt, sed abhorre-  
re omnino statuūt. Alij vsu fimi cōcedunt, cremētū que magnū capere eo affirmāt, ri-  
uis tñ miscere fīmū oportere affirmāt. ¶ Gaudet & riguis totoq; anno bibere cū amet  
anno sitiēti. Legendū arbitror. Gaudet & riguis totoq; anno bibere, quin etiā non si-  
tiēti. hoc est. & si ann<sup>9</sup> sit pluuius, gaudet tñ rigari. Fauet huic correctioni Theophra-  
stus libro. ij. cap. viij. palmas scribēs magis gaudere aquis scaturientibus quā pluuijs.  
¶ Incerta tñ libidine etiā mitiorib<sup>9</sup> se miscēt. incesta nō incerta exēplar Salmā. ¶ Cor-  
ticū pollicibus vt orbibus. Corticū pollicibus aut orbibus exēp. Tol. ¶ Nō inter folia  
vt in cæteris. Adde pronomē. hoc. nō inter folia hoc vt in cæteris. ex Codice to. ¶ Præ-  
terea cæsum a dorso puluinata fissura. Exēpl. Salmā. Præterea summa a dorso pului-  
nato fissura. Scribendū puto. summo a dorso. ¶ Multis cādidiq; lignū hoc acarnib<sup>9</sup>  
discindit tunicis. discernit nō discindit. codex. tol. ¶ Et foliū ibi latius. fructus quā re-  
liquis rotūdior, nec vt deuoret corpus, verū vt expuat succo mō expresso. Defunt hic  
māifeste aliquot verba. de altero. n. genere palmæ qd' est in cypro loquit. Duo nāq; il-  
lic palmæ genera reddit Theophrastus. lib. ij. cap. viij. his verbis. Alterū autē genus in  
Cypro nascit qd' & foliū hēt lati<sup>9</sup> & fructū maiorē multo & peculiare formæ, magni

tudinis mali punici, formæ oblongæ, nõ grati saporis vt alijs, sed similis radicibus. Itaq; nõ deuorat, sed mäsus expuit. Puto igit in Plinio legendũ. Est alterum in Cypro palmæ gen<sup>9</sup>, Foliũ his latius, fructus quã reliquis. c. ¶ Cætero non sine maribus gignere foeminas. mutato ordine exép. tolet. Cætero sine maribus nõ gignere foeminas. ¶ Viduas post sterilefcere foeminas. bi duo post idẽ hēt exēplar, nõ viduas post. ¶ Duorũ cubitorũ lōgitudine. duũ lego nõ duorũ, ex eodẽ. ¶ A cerebro ipso arboris viridi. vltima dictio redũdat ex scriptis codicibus, sane recte, ex Theophrasto vnde locus sumpt<sup>9</sup> est, vt pleraq; omnia in hac plãtarũ cõmentatione, sicuti in animalĩũ tractatu ab Aristotele. ¶ In Cypro vero, Syria, ægypto, quadrimæ aliæ, aliæ quinquēnes. Exép. to. In Cypro vero, Syria, Aegypto quadrimæ. Aliquæ quinquēnes. ¶ Vocant autẽ chamero- pes. sic quidẽ antiqua nostra exēplaria præferũt, sed male, legendũ, n. chamæripes ex Theophrasto lib. ij. cap. viij. qđ vidit & hermola<sup>9</sup>. ¶ Vno in horto Bagou. Theophrastus loco citato spadonẽ hũc Battũ non Bagoã appellat. Theodorus neutro mō vertit sed battoni. tãta in eo loco varietas est exēplariũ. ¶ Vna earũ arbor in chora esse tradit. Scribendũ reor, Vna earũ arbor in Charace tradit. Notissimũ est oppidũ Charax in intimo recessu sinus persici. de quo multa in sexto. ¶ Iterũ mori ac renasci. Scribe pmu- tato ordine. mori, ac iterũ renasci. ¶ Sapore ferino quẽ ferme in apris nouimus, euidẽ- tissimeq; causa est nominis. Lego, sapore quẽ ferme in apris nouimus. quæ causa no- minis. ex Apog. Tol. ¶ Quinq; earũ nec plures arbores tradũt, quinq; harũ plurimas arbores tradũt. exép. salmã. ¶ Ab his caryotæ maxime celebrant. Scribe, careotæ seu ca- reotides, vt in syluis Papinius. prægrãdes careotides cadebãt. vtrobicq; per. e. nõ per. y. aut. i. vt video plerosq; etiã ex doctissimorũ nota scribere, nulla rōne. Nã cũ. e. scriben- dũ etymologia ipsa docet. caput. n. care seu carenõ græce dicit. Nec apud Papiniũ præ- dicto versu ratio syllabæ claudicat. Nã sæpe græcũ. eta. in. e. breue apud latinos vertit vt apparet in. crepides. apud Catullum & Persiũ, & in diastema apud Sidoniũ. cui tñ iniquissime de ea re lis ab Hermolao intēdit. et in. o. magno idẽ cõtingit, in dictione. ioniũ. apud Virgiliũ & Catullũ. Vt necesse nõ sit inuerti ordinẽ in illo Lucani versu lib. j. Edonis ogygio decurrit plena lyæo vt Cõstantius fanẽsis putauit. ¶ Et assiduo vapore torrẽtes. Lego sine cõiunctione. assiduo vapore torrẽte. ¶ Decidisse candidã verrucã quæ racemo adhæserat. Scribendũ arbitror decidisse candidã verrucã qua race- mo adhæserat. ¶ EX CAP. v. Semẽ eius cupresso simile. Theophrast<sup>9</sup> lib. iij. cap. xij. corticẽ nõ semẽ dicit habere similẽ cupresso. Cortice inquit cupresso similes videbant verũ scabriore. ¶ EX CAP. vi. Ex his mascula est sine fructu. Exép. Tol. Ex his mas- culæ sine fructu. ¶ Tactu resinofus circa idã troadis. Sed in macedonia breuis arbor hæc. Scribo. tactu resinofus. Circa idã Troadis & in Macedonia breuis arbor hæc. ex Theophrasto aperte lib. iij. cap. xv. nigrũ ait nouissime facit magnitudine fabæ resino- sum & sulfurosũ. Circa Idã & Macedoniã breuis, fruticosa, cõtortaq; nascit. At apud Damascũ syriæ magna copiosa decoraq;. ¶ Materies ei admodũ lãta, ac fidelis ad ve- tustatẽ. Scribo alio ordine verborũ. Materies ei lãta ac fidelis admodũ ad vetustatem. ex eodẽ theophrasto eodẽ loco, his verbis. Materies ei lãta. radices validæ in p̃fundo, atq; in totũ incorrupta hæc arbor habet. ¶ Eximij ac nigri splẽdoris. duo prima ver- ba superfluunt, ex vtroq; antiquo codice. ¶ EX CAPITE. vij. Idq; ipsum ficus est prædulcis. Codex Toletan<sup>9</sup>. Idq; ipse ficus est prædulcis. ¶ Qui alium omnem ri- gat. vtrũq; exemplar. aliam. præfert non alium vt Hermolaus emendat ex Theophra- sto & Solino, quorum neuterum adiuuat. Theophrasti verba sunt libro. iij. cap. ij. Propriũ id præter cætera habere videt. quod cæsum continuo viride est, siccat autẽ in profundo aquæ. mergit. n. in profundas fodinas stagnaq; protinus atq; cõditur.

De ortho-  
graphia  
huius no-  
minis Ca-  
reotis. cõ-  
tra doctis-  
simos eti-  
am.  
Sidonius  
defensus  
a calum-  
nia Her-  
molai.  
Contra  
Constan-  
tium fas-  
nensem.

madefactūq; in pfundo siccat. Cūq; siccū omnino fuerit, supfluit atq; innatat. Itaq; probe conditū esse videtur. fit. n. leue atq; solutū. Et Solinus cap. xxxiiij. materia eius in aquā missa subsidit. Deinde cū diu desederit in liquore, leuior facta sustollit. & ver sa vice qd' natura in alio ligni genere nō recipit fit humore sicca. In his verbis Theophrasti atq; Solini nulla apparet alui intestinorum vemētio. Nisi quis dicat citari ab Hermolao prædictos auctores qd' attinet ad verbū, suggit, qd' pro fugit substituit. cuius rei debuit lectorē admōere, ne iudicaret voluisse p̄stigiatorū more legētiū oculos præstringere vt supra etiam in cynorhodo fecit. ¶ EX CAP. viij. Similis his siliqua quā Iones Cerauniā vocāt. L ego, Similis & quā Iones Cerauniā vocāt, ex vtroq; exē plari, rectissime, astipulāte ēt Theophrasto lib. iij. de plātis cap. ij. Similis inquit huic & quā Iones Ceroniā vocant. Nā Theodorū qui alit trāstulit, Plinij deprauata lectio decepit. Itē Ceroniā libētius legerim quā Cerauniā. Nisi quis dicat vtroq; mō posse p̄ ferri vt Olla, aula, Coda, Cauda, Plodo, plaudo, & similia. Sed in dictionibus latinis locū id habere dixerim, nō in græcis. Vt cūq; in his quæ ad nos e græcis fluxerunt tutius est literaturā sequi græcā, exceptis quibusdā in quibus receptissimū est aliter fieri. ¶ Sed pomū siliquæ. Exēp. tolet. Sed pomū siliqua. L ego, Sed pomū in siliqua, vt capite sequēte. Semē in siliquis. Theophrastus pomū græce ellobō appellat, hoc est sili qua cōtentū. Theodorus. Nā & ipsa caudice maximā fructus partē expellit, ramis autē vt diximus paucū fert siliqua. ¶ Postea florē, per autūnū hieme foetus enutriēte. Legendū videt, postea floret per autūnū. c. Theophrastus. Fructū anniculū simul & nouū hēt, altero nāq; detracto post canis ortū, protinus alterū gigni patefecit. gigni. n. yuæ modo indiscretus atq; vniformis. Tū auctus circa arcturū & æquinoctiū floret. ¶ EX CAP. ix. Aegyptus & persicā arborē sui generis hēt. Scribo Perseā nō Persicā, ex Theophrasto loco sæpe cirato, & Dioscoride lib. j. Est inquit Theophrastus in ægypto alia quoq; arbor Persea dicta. Dioscorides. Aegypti arbor p̄sea est, fructū fert stomacho accōmodatū. c. Qd' si apud Dioscoridē legis, Perseā Romani pariter græcis Perseā siue Persicā dicūt, scito verba illa Dioscoridis nō esse, nec in græco ea haberi exē plari sed a Marcello interprete addita, quē fefellit mēdosus Plinij codex. In quē ēt errorē incidit Hermolaus in Corollario. ¶ Subnascēte crastino fructu. Nō placet Plinij tralatio ex Theophrasto. Cui⁹ verba sunt de arbore Persea. Fructū autē fert copiosum & omnē horā. Plini⁹ crastino vertit. Ego puto apud theophrastū, horā, nō partē diei significare sed anni. Alioqui ridiculū esset credere arborem esse quæ cotidie fructū nouū gignat. ¶ Pomū lōgius piro. Adde æquū, aut par, aut aliā huiusmodi dictionē. Est. n. sensus. Perseā arborē habere pomū oblongū, magnitudine piri. Theophrastus. Fructū abunde parit, omniq; tēpore pficit, quippe nouus anniculū semp occupat. Maturitas anniuersariorū afflatu cōficit, reliquū crudiorē auferūt atq; recōdunt. Est magnitudine piri, Figura oblongus, amygdalæ mō. Hæc Theophrastus, apud quē magnā rē se fecisse putauit Theodorus, si quos yētos vniuersitas scriptorū etefias appellat, ipse latino nomine anniuersarios diceret. ¶ Sed vbi nux illi huic pomū. Vtrūq; exemplar nō pomū legit sed primū. Scribo, prunū. Theophrastus, hēt autē intus nucē quē admodū prunū mollicie, sed longe minorē & molliorē. ¶ Simulacra ex ea factitauere, nō eadē gratia quā fideli materia, vt ex arbore quā balanū appellauim⁹. Prima illa verba, simulacra ex ea factitauere, ad antecedētia pertinēt. Deinde sequit̄ alius sensus. Scribendūq; sic. Nō eadē gratia quāquā fideli materia, est arbor quā balanō appellamus. Theophrastus eodē loco. Glās a fructu nomē accepit. Foliū ei simile atq; myrto, oblongius tñ. Illæsa magnaq; arbor est, verū nō recta sed cōtorta. Materies ei valida & tā ad alia quā ad nauigia p̄cōmoda. ¶ Circa thebas hæc ybi & quercus, & p̄sica, & oliua.

Loc⁹ singularis e mēdat⁹.

Cōtra theodorū.

Contra Hermolaum & Marcel lū Dioscoridis interp̄tem. An errarit Plini⁹ in vertēdo Theophrasto.

Loc⁹ pulchre restitutus.

Scribendū vt admonūi Persea, nō Perfica. Theophrast<sup>9</sup> lib. iiii. cap. iij. & sylua ingēs circa agrū thebanū est, vbi & robur, & Persea & olea. Theodorus qđ græce theophrastus dixit Thebaicon nomon, agrum thebanū vertit, ego præfecturam non agrū transtulissē, cum Plinio libro quinto capite nono. ¶ **EX CAPITE. x.** Lignum in primo grande. Theophrastus non grande sed rotundum scribit. Alia inquit quædam arbor prunus habetur, insignis magnitudine, fructum ferens natura & magnitudine mespilis proximum, nisi quod rotundū nucleum habet. ¶ Syluestris fuit & circa mēphin regio. Verbū fuit neutrū scriptorū exēplariū agnoscit. ¶ Vt terni nequirēt vel circūplecti. videf scribendū præpostero ordine. vt vel terni nequirēt circūplecti. ¶ Facies enim spinæ. Exēp. Salmā. Facies est spinæ. Tol. facies eius spinæ. ¶ **EX CAP. xi.** Fit & ex Sarcocolla ita vocat arbor gūmi vtilissimū. Codex Toletanus nō gūmi vtilissimū legit, sed cōmis vtilissima, semperq; ita profert, genere foeminino nō neutro. ¶ Ne terrā quidē ipsam totā fuisse quæ nūc ægyptus intelligit. Verbū. totā. redūdat ex. exēp. toletano, recte vt infra cap. xiiij. qđ eo magis miror, si etiā nūc homero cōdēte ægyptus nō erat. ¶ Cū in Sebernytico saltē eius nominis charta nascat. Scribo. cū in Sebernytico saltē eius nomo nō nisi charta nascatur. De Sebernytico ægypti nomo Plini<sup>9</sup> quinto. ¶ Triangulis lateribus decē nō amplius cubitorū lōgitudine. Lege. decē & amplius cubitorū lōgitudine. Theophrastus lib. iiii. cap. viij. nascit papyrus nō in altitudine gurgitū sed ppe intra duo cubita, nō nusquā etiā minus, crassitudine radice qua vola viri robusti. lōgitudine sup dena cubita puenit. ¶ In gracilitatē fastigiatū. Dictū a nobis sæpe, scribendū fastigiatū, nō fastigiatū. ¶ Et e libro vela tegetes que. redūdat conuinctio. et. ex. Apog. Tol. ¶ **EX CAP. xij.** Propiorq; etiā nūc cortici tæniotica a vicino loco. Vterq; codex leneotica legit. Quidā scribendū putat. leneotica a vicino lacu, nā lacus græce lenos dicit. sed magis probo legat Tanitica ab vrbe ægypti Tani celebrata omnibus. ¶ Segestriūq; in mercibus vsūm prebet. Deme præpositionē. in. ex codice tol. ¶ Texturq; oēs tabulæ madētes nili aqua. Idē. Textur omnis madēte tabula nili aqua. ¶ Cū pmo supina. Vtrūq; exēplar. in re cū primo supina. vt forte legendū sit. inde. nō in re. ¶ Segminibus vtrinq; amputatis. Scribo resegminibus vtrinq; amputatis. ex exēp. tol. ¶ Tolerādis nō sufficiebat calamis. Codex Salmāti. tēperādis agnoscit nō tolerādis. Toletanus, tenēdis, pro quo substituere possis tenuādis. ¶ Litoræ metū afferebat aduersis. Vterq; codex. litoræ metū afferebat ex auersis. ¶ Per trāslucida. Verus lectio tralucida. ¶ Igitur & secūdo corio statumina facta sunt e pmo subtegmine. Hermolaus statumina defendit vbi ante stammina legebat ex vetere vt ait lectione. & sane sic nostra præferūt exēplaria. Sed neq; Hermolao neq; Merulæ neq; scriptæ lectio ni hac pte accedo, cōmodiorēq; duco lectionē stammina quā statumina. Nā si statumina legat vt Hermolaus & Merula pbant, quis obsecro erit intellectus sequētis dictionis subtegmine? Igit sic accipio ad roborādā tenuitatē additū alterū coriū hoc est phylurā. & ita duo coria in tabula fuisse locata, vt primū vicē staminis præberet, secundū subtegmis, trāsuersē locata, vt supra dixerat. peragit trāsuersa crates. ¶ Pedalis erat mēsurā & cubitalis macrocolis. Archetypū tolet. Pedalis erat mēsurā, erat & cubitalis. ¶ Cui nihil e prima erat, sed omnia e secūda. Exēp. Salmā. cui nihil primū erat, sed omnia secūda. ¶ Rebellat sæpe humor incuriose datus, primoq; malleo deprehenditur, aut etiā odore. Idē exēplar. Rebellat sæpe humor incuriose datus primo malleo, qui & deprehendit a ui etiā odoris. ¶ Sed inserta medijs glutinamētis tænia. Fungo papyrus bibula, vix nisi litera fundēte se. Scribo. sed inserta medijs glutinamētis. Tanitico papyrus bibula vis nisi litera fundēte se. De Tanitico papyrus supra hoc capite. et exēplaria ambo. uis. legūt nō. uix. ¶ Alius igit iterū texēdis labor. Toletanus codex non texēdis

Contra  
Theodorū.

Locus  
egregi<sup>9</sup>.

Contra  
Hermolaum &  
Georgiū  
Merulā  
& antiq̄  
exempla  
ria.

Septentrionibus fenestras sereno die patere, quod tunc verba sequentia monstrant, tunc magis. M. Varro quem sequi hac parte videtur Plinius. Eius verba lib. i. Cap. lix. Hæc omnia in loco arido & frigido supraposita palea seruari recte putant, & ideo Oporothecas qui faciunt ad aquilonem ut fenestras habeant atque ut perflectant curant, & Plinius lib. xvij. cap. iij. Quidam cælum terræ parere cogunt, ut quæ in siccis serant orientem atque septentrionem spectent. Et præsentis volumine cap. xxv. Inter prima hoc e pomis colono gratiam annuam refert, septentrione frigidisque gaudet. ¶ Stramētis, storeis, paleis ue substerni. Scribendum autem mo. Ramēta, Scobes, paleas ve substerni. Plinius cap. sequente. Sūt qui malūt yuas in scobe, ramētis ve abietis, populi, fraxini seruare. Columella lib. xij. cap. xlv. atque ea ipsa nonnulli sic in alijs generibus ut supra iam diximus populnea, quidam etiā abiegna scobe interposita mala custodiunt. ¶ EX CAP. xvij. cotoneis interclusis. Codex Salmati. in clusis non interclusis. ¶ Post horam diei tertiam. In utroque exemplari. post horam ceu tertiam. ¶ Sorba vero & in scrobibus gypsato operculo duum pedum terra supinducta. Verba manifeste præpostero ordine scripta, sicque ut sentio restituenda. Sorba vero & in scrobibus duum pedum, gypsato. c. Columella lib. xij. cap. xv. unde hæc fuisse desumpta apparet perspicue. eodem tempore sorba manu lecta curiose in vrceolos picatos adijcito, & opercula picata imposito & gypso linito. Tunc scrobibus bipedaneis sicco loco intra tectum factis, vrceolos ita collocato ut oblita ora eorum deorsum spectent. Deinde terram congerito & modice desuper calcato. Plinius quoque eam lectionem confirmat paulo post quum dicit. Plerique vero in scrobe duum pedum altitudinis arena substrata & fictili operculo, deinde terra operto. Astipulat & palladius volumine. ij. Tit. xv. ¶ Eandem pomis in vino subiungunt. præpositio. in. superfluit ex codice Salmati. ¶ Columella auctor in puteos cisternas ve, infictilibus vasis pice diligenti cura illitis mergi. Liguria maritima alpibus proxima yuas sole siccitas iunci fasciis inuoluit. Si hæc lectio recipiatur, falsum contra Columellam coterreneum nostrum scriptorem singulari doctrina & facundia testimonium phiberi sinemus. neque enim Columella in puteos cisternas ue in fictilibus pice diligenti cura illitis mergi cotonea tradit, sed yuas. Quam ob rem dictio quæ paulo post sequitur. yuas. ex loco proprio emota ad superiorem aliquanto locum transferenda est, Legendumque hoc pacto. Columella auctor est in puteos cisternas ve infictilibus vasis pice diligenti cura illitis, mergi yuas. Liguria maritimis alpibus proxima sole siccitas iunci fasciis inuoluit. maritimis inquam lego non maritima. Nam maritimarum alpium frequens est apud hunc auctorem mentio. ut libro. viij. capi. xxxix. & circa maritimas alpes quondam effossæ. Columellæ autem verba sunt. M. Columella patruus meus ex ea creta qua fiunt amphoræ, lata vasa in modum patinarum fieri iubebat, eaque intrinsecus & extrinsecus crasse picari. Quæ cum præparauerat, tunc demum purpureas & bumastos & numisianas & duracinas yuas legi præcipiebat, pediculosque earum sine mora in feruentem picem demitti, & in prædictis patinis separatim sui cuiusque generis ita componi ne yuæ inter se contingerent. Post hoc opercula supponi, & oblini crasso gypso. Tunc pice demum dura quæ igni liquata esset sic picari nequis humor transire possit. Tota deinde vasa in aqua fontana vel cisternina ponderibus impositis mergi, nec ullam partem earum pati extare. Sic optime yua seruat. ¶ Sūt qui malūt yuas in scobe ramētis ue abietis, populi, fraxini, seruare. Ex Columella hoc quoque ut supra visum est lib. xij. cap. xliij. sed de abiegna, populneaque scobe mentio illi tamen, de fraxini nulla omnino. ¶ EX CAPITULO. xvij. utque modios. clxx. singulæ ferat. Scribe. ut quæ modios. c. lxx. c. ex utroque exemplari. ¶ Patriæ nomen obtinet. Non obtinet, sed obtines legit exemplar. Salmati. ¶ Nam Alexandrina e nigris est, candidate rima, cognomine delicatæ. In alijs exemplaribus tam scriptis quam excusis. Nam Alexandrina e nigris est, candidans, terena cognomine delicata. Ex quibus verbis postremum, expositionem fuisse credimus dictionis illius, tere-

Attende

Correc-  
tionem  
nota,

na. eundē intellectū græce habētis. ¶ Sūt præterea eadē serotinæ, & præcoces biferæ. Verbū. eadē supfluit. ex codice Salmā. ¶ Deprehēsasq; in his hieme grossos. Idē exemplar addit. scimus. deprehēsasq; scimus in his hieme grossos. ¶ Serotinæ & a corio appellatæ duro. Quid si legas nō Serotinæ sed exigua similis literulæ mutatione. Scrotinæ. nota si significatione verbi. scrotū. ¶ Cato de ficis serēdis ita memorat. Ficus marifcas in loco cretoso. c. Diuerso ordine in catone legunt hæc verba cap. viij. Fic⁹ inquit marifcas in loco cretoso aut aperto serito. Africanas & herculanas. Sagūtinās, Hibernas, Telanas, atras, pediculo lōgo, eas in loco crasso aut stercoreto serito. ¶ Et cū veniētiū flore maturescūt. L ego cōtra omnia exēplaria, nō venientiū sed vernantiū. ¶ Ammonet & africæ ad ingēs documentū vso eo pomo. Exēp. Salmatic. v si legit non vso. Vtraq; lectio vitiosa Scribendū. n. v s a. vt ad africā referas. ¶ Qñ hoc pomū dēptum putatis ex arbore? Vtrūq; exēplar. qñ hāc pomū dēptā putatis ex arbore. & paulo post, decerptā in eisdē legi nō decerptū qd est notatu dignū. Itē Quādiu libētius legerim quā. qñ. & decerptā putatis quā dēptā. ¶ Quid primū in eo miremur? Curā ingenij. c. Scribendū puto alio ordine & aliter. Quid primū in eo miremur? Curā geruli, celeritatēq; cursus? an occasionē fortuitā? an vehementiā viri? ¶ Sup omnia quiddā est quo nihil equidē. c. Dele verbū quiddā. ex ambobus codicib⁹. ¶ Magisq; ob memoriā eius quæ nutrix fuit Romuli ac Remi cōditoris appellata, qm̄ sub ea. c. Romana impressio, nō cōditoris appellata præfert, sed ruminālis appellata. rectissime. Ficu. n. rumināli nihil notius in historia Romana. ¶ EX CAP. xix. atq; e putrescētibus identidem generat aliquid. Exēp. Tol. atq; vt e putrescētibus gignat aliquid. ¶ Cerealesq; auras immittūt foribus aptis. cōmodior lectio foraminibus quā foribus, quas paulo post rimas appellat. & adaptis hēt codex Tol. ¶ Honos laudatas seruat in capsis. Legeē forte aptius. Mos laudatas seruādi in capsis. ¶ Et obsonij vicē habeant recētes ficus. Sale siccatis & casei loco vesci nup excogitatū est. Lōge aliter Toletanus codex. cū recēti ficofalis vice caseo vesci, nup excogitatū est. ¶ EX CAP. xx. Setania. duo mespili genera esse, Dioscorides tradit lib. i. alterum in italia nascēs quod pleriq; epimelida appellāt, nōnulli sitaniō. quanquā Marcellus Setaniō legit. Hermola⁹ vero in Dioscoridis translatione Sitaniō. Idē in corollario cap. clxxx. mespilum setaniā a Theophrasto appellari ait falso. si vulgatis Theophrasti exēplaribus fidē habemus. Libro. n. iij. cap. xij. Sata- niō vocat penultima pducta a recto Satanios. & Theodorus Satanea vertit. Sicq; legendū in Plinio puto. ¶ EX CAP. xxij. quā quia cadēdo tripudium sonū ve faciāt. Particulā. ve. neutrū exēplar agnoscit. & Toletanū summū legit nō sonū. vt forte legēdū sit tripudiū solistimū nō tripudiū sonū. Erat autē tripudiū solistimū faustū felixq; auspiciatibus. De quo Cicero lib. ij. de diuinatione. sed quia cū pascunt necesse est aliquid ex ore cadere, & terrā pauire, terripauū primo, post terripudiū dictū est. hoc quidē iam tripudiū. Cū igit offa iam cecidit ex ore pulli, tū auspicianti tripudiū solistimū nuntiāt. & in eodē lib. Si. n. fatū fuit classes populi romani bello punico primo, alterā naufragio, alterā pœnis depressam interire, etiā si tripudiū solistimū pulli fecissent. L. iunio & P. Clodio cōsulib⁹ classes tñ interissent. ¶ Caryō a capitis grauedine ppter odoris grauitatē cōuenit dictū. Nucē capitis dolorē gignere medici oēs proclamāt. vnde nomē ei inditū sit caryō. Fieri tñ id ppter odoris grauitatē nullus qd meminerim p dit. Quappter tria illa verba. ppter odoris grauitatē. cōmētitia esse existimo & falso pliniane lectioni inserta. ¶ Duro fragili ue, & tenui ac crasso, loculoso & simplici. Scripta lectio, duro fragili ue, & tenui aut crasso. loculoso aut simplici. ¶ Abellinas patrio nomine. abellanas nō abellinas codex To. ¶ Umbilicus illis intus in vêtre medio. Verbū. intus, nō legit in codice Salmā. ¶ Adijcit pterea auellanas & galbas. Cato cap. viij.

Hanc po-  
mū nota.

Elegans  
emendat-  
tio.

Contra  
Hermo-  
laum.

Locus no-  
tandus.

EX LIBRO

abellanas & caluas. ¶ Nunc thasiæ & albéses celebrant exép. Salmá. Albéses legit non albéses, qđ nō magno opere displicet. Nā festus albesia appellat scuta quibus albenfes vsi sunt qui fuerūt marsi generis. ¶ Quæ sunt amplissimæ & minime rotundæ. In eodē. geminata cōiunctione. quæ sunt & amplissimæ, & minime rotundæ. Minuta hæc fateor, sed in clarissimo scriptore nihil prætermitti debuit qđ ad eū restituendū vel tantulo præsidio esse posset. ¶ EX CAP. xxiiij. Ieiunio fœminarū. ingenio fœminarū, in eodē. ¶ Nā diuus Tiberius postea. c. Nomē. Tiberius. in neutro exēplari habet. Alioq a nullo qđ scia nisi impudenti adulatore diuus appellatus est Tiberius, hō impurus & omni flagitiorū genere inquinat⁹, tātō minus a Plinio qui oēs adulādi Tiberio causas procul habuit. Itē paulo post imposuere legit nō imposuit apogra. Tol. ¶ Nec operoso sunt cibo. nec operosæ cibo. in eodē. ¶ EX CAP. xxiiiij. Duobus autē hoc nominib⁹ appellāt græci. comaró & memæcyló. Si lectio hæc errore vacat qđ nō puto mirandū est tā diuersum abijisse pliniū in hac traditione ab alijs auctoribus. Nā Theophrastus lib. iij. cap. xyj. arborē comaró vocat, fructū memæcyló. Comaros inquit quæ fructū esui habilē memæcyló fert, magnitudine nō nimiū præstat. Et Dioscorides lib. j. Comaró ait Romani arbutū dicūt. Cotoneæ malo similis arbutus est, tenui folio fructu prunorum magnitudine, sine nucleis quæ memæcyló vocāt. Hesychius glossographos. Comaros inquit plāta quædā est quæ memæcyló fert. Cōfirmat id quoq; Athenæus lib. ij. Cōsentiūtq; cæteri oēs. Illud nō pterierim a theophrasto præallegato loco cū. e. in prima syllaba & æ. diphthōgo in secūda memæcyló scribi, ab athenæo autē & Hesychio cū. i. in prima & eadē diphthōgo in secūda mimæcylon. ¶ Ex quo apparet totidē esse genera & apud nos. Alio nomine arbutus vocat. Scribo alia distinctione. Ex quo apparet totidē esse genera. Et apud nos alio nomine arbut⁹ vocatur. ¶ Plurimum vero differūt hederæ sambuciq; acini, & figura etiā punici. Duo illa verba. & figura præcedētibus adiūgenda sunt. ¶ EX CAP. xxvij. Sed & suus quidā & peculiaris. Codex Salmá. Sed & suus ac peculiaris. ¶ Siquidē inest ei qđ tamē iure dici non pōt dulce, & pingue, & suaue. Vetus lectio. siquidē inest ei qđ tñ iure dicitur pōt dulce & pingue. c. Legendū puto. Siquidē inest ei qđ tñ iure dici suū nō pōt dulce & pingue & suaue, obtinēti tñ lenitatē quæ ipsa succedit in saporis vicē. Vt illud verbū. tñ. quod paulo post redū dare videt, huc trāsierať. ita sensus erit dilucidus. ¶ Nullus hic aquis, ne succus quidē vt tñ eo ipso fiat aliquis. Exép. Salmá. Nullus hic aquis ne succus quidē qui tñ reliqua. Scribendū puto. Nullus hic aquis ne succ⁹ quidē qui tñ ex ipsis fiat aquis. ¶ EX CAP. xxviii. Ergo succorū vinosus piro cætera. Scribo vinosi nō vinosus, tñ ex exép. Salmá. tñ ex Theophrasto lib. j. cap. xix. Succorū vero alij vinosi ceu vitis, mori, myrti. ¶ At pinguis. in eodē exēplari pingues, nō pinguis legas. & eodē iure statim. ¶ Dulcis & aquosus. Legendum dulces & aquosi. sicq; præfert idē exēplar. ¶ Alia filiquis gignunt. Verbū. gignunt. plinianū nō putamus. constāte sine illo sensu, immo cū illo nō constāte. ¶ Cū in pluribus semina placeāt, in filiqua dānent, Scribo. cū in pluribus semina placeant, filiquæ dānent. ¶ Succo vux & caryotæ. callo pira & mala. corpore melimela. mora cartilagine. Exép. Tol. Succo vux & careotæ. callo pira & mala. corpore mola mora cartilagine. Legendū puto. Succo vux careotæ callo. pira & mala corpore. melimela cartilagine. ¶ EX CAP. xxix. ¶ Arbor ipsa in europæ citeriore cœlo. L ego. arbor ipsa in europæ tetriciore cœlo. ex eodē rectissime. ¶ Patricia multis annis præualuit flaccescēte plebeia. duo vltima verba delēda, si codici Tolet. credimus. ¶ Illa vicens. Verba hæc falso adiecta putamus. ¶ Plebeia torrida. Scribo. Plebeia retorrida. ex exép. Tol. ¶ Flaccescēte patricia. Flauescēte patricia. in vtroq; codice nō flaccescēte. ¶ Exoticā densissimo. Plurimum hoc loco debemus archety. Salmāti.

Emenda  
riopulcra

Locus in  
signis res-  
titutus.

cuius beneficio restituit locus pulcherrimus, Legendū est. n. ex eo, nō exoticā, sed He-  
xastichā, hoc est sex ordinū, vnde statim sequit̄, senis foliorū versibus. Meminit & Co-  
lumella lib. ij. cuiusdā generis ordeī q̄ vocet̄ hexastichō, & alterius qd̄ distichō. ¶ At-  
que ita in mulso indita. musto nō mulso agnoscit codex To. quā lectionē cōfirmāt ver-  
ba catonis cap. cxxiiiij. Myrtū nigrā arefacito, in vmbra ybi iā erit passa seruato ad vin-  
demiā in vna musti myrtæ semodiū. id oblitito. Vbi defierit feruere mustū, myrtam  
eximito. Id est ad aluum crudā. c. ¶ Myrto veneris victricis coronatus incessit. Diony-  
sius halicarnaseus nō myrto, sed laurea coronatū tradit volumine. v. ¶ EX CAP. vlti-  
mo. ianitrix cæsarū pontificūq̄, quæ sola & domos exornat. Exēp. Salm. alio ordine.  
ianitrix cæsarū pōtificūq̄ sola, quæ & domos exornat. c. ¶ Baccis gustatu quoque nō  
asperis, permutatis verbis exēpl. Tolet. baccis quoq̄ gustatu nō asperis. ¶ Ex ea lauro  
quæ ei missa e celo minima est altitudine. Et hic etiā alius est verborū cōceptus in eo-  
dē exēplari. Ex ea lauro quæ ei missa est e celo. minima altitudine. ¶ Qd̄ nūc fatū &  
ibi puenit. Primū verbū, qd̄. superfluit ex eodē. ¶ Lauriferā tellurē illā osculatus ex re-  
spōso. Titus liuius, Ouidius, & alij auctores nō explicāt vtra fuerit terra quā ex oscula-  
tus sit brutus, delphica an italica. Plinius delphicā intelligit. Dionysius alicarnasseus  
.iiij. volu. italicam. Brutus inquit intelligēs quid vellet declarare deus, vbi quā celerri-  
me italicā terrā ascēdit, p̄cidēs osculatus est terrā. hāc esse putans omniū hominū ma-  
trē. ¶ Laurus quidē manifesto abdicat ignes crepitu, & quadā detestatiōe. Exēp. tol.  
testatione legit nō detestatiōe. rectius vt sentio. ¶ Sed & circa diuū Augustū. Vtrūq̄  
exemplar. Sunt & circa diuum Augustum. ¶ Cū pacta esset illa. cum nupta esset illa.  
Salmant. codex. ¶ Ex ea triumphans postea Cæsar. Permuta verborum ordinem. Ex  
ea postea triumphans Cæsar. ex eodem.

¶ EX LIBRO. XVI. EX Proœmio.



VAE Primo victū mortaliū aluerūt. primæ nō primo Archety. to.  
Cæterū cōmonere hic lectores libuit, deserui nos in p̄senti volumine  
reliquisq̄ insequētibus a semiueteri illo exēplari bibliothecæ floren-  
tissimæ huius Salmaticēsis academix cuius testimonio in superio-  
ribus vsi sum⁹. Neq̄. n. plures quindecim libros illud cōplectit̄. Re-  
liquū p̄sidij nobis superesse in vno tm̄ Tol. codice, tātæ tñ integritas  
tis ac in locis numerosissimis tā indubitata fidei, vt qd̄ de Platone  
dixit Antimachus solus sit instar omniū. Fuit olim is codex Illustrissimi patris ac me-  
morix omni honore & reuerētia p̄sequēdæ Egidij Albornozī sacrosactæ Romanæ  
ecclesiæ tituli sanctæ Sabinæ presbyteri cardinalis, Toletaniq̄ archiepiscopi. Qui in  
alia magnanimitatis suæ monimēta, celebre illud bononiēse prytanēū qd̄ vulgus hi-  
spanorū collegiū appellat cōdidit, & reditibus amplissimis ditauit ad sustētandā hi-  
spanā iuuetutē quæ scientiarū auida italiā peteret. Is diē suū obiturus magnificentissi-  
mā illā ac totius christiani orbis multis titulis nominibusq̄ facile principē Toletanā  
ecclesiā huius elegātissimi codicis & multorū aliorū reliquit hæredē. Vnde abhinc fer-  
me bienniū vt iā plus semel diximus, cōmeauit ad nos iā ad hęc p̄dēda accinctos, ope-  
ra ac beneficio summi viri Ioānis Vergaræ, doctoris theologi, ac eiusdē almæ ecclesiæ  
canonici. Præceptoris olim in naturali philosophia nostri, sacrarum iuxta ac humana-  
rum disciplinarum cognitione, Græca q̄ ac latina lingua præcellentis. Ingenio vero  
adeo extra omnem aleam, & ad omnia quæ cōminisci humana mens queat adeo præ-  
fenti, vt qd̄ de oratore Vinitio Seneca auctore dixit Augustus in numero illud ha-  
bere videat̄. Omitto mores in magna fortuna qd̄ perrarū est castissimos. Omitto cō-  
gressus humanissimos facilitatē q̄ tantā vt cū dignitate superioribus antecellat, par

Laus Ioā-  
nis Ver-  
gara: Ca-  
nonici to-  
letani.

infirmis esse videatur. Prætereo alia huius viri præconia, ne laudandi materiã quã mihi casus & dicendorũ ordo inuexit, vltro quæsisse videar. ¶ **EX CAP. j.** cõplures eane cessitate gêtes, adde præpositionẽ. in, ex To. exẽp. cõplures ea in necessitate gêtes. ¶ **Dubiũq;** terræ sit an parte in maris. Idẽ codex dubiũq; terræ sit an partẽ maris. Scribo permutatis verbis, dubiũq; terræ sit an maris partẽ. ¶ Aut tribunalia extructa, cõmodior lectio, vt tribunalia, & excita legit nõ extructa codex scriptus. ¶ **Cũ** integat aquæ circũdata. Verbũ, circũdata, aut vt alia habet exẽplaria, circundatæ, adulterinum putamus. ¶ **Captũq;** manibus. Scribendũ reor capiũt ue manibus, vt intelligas piscẽ. ¶ **Et** rigẽtia septẽtrione viscera sua vrũt, suburunt cõmodius scribet, quã sua vrunt. ¶ **EX CAPITẽ. ij.** ¶ **Roborũ** vastitas intacta æuis, itacta in æuis. Idẽ codex. ¶ **EX CAP. iij.** veluti. po. Ro. ipsi corona imposita. In eodem, veluti publicæ. r. ipsi corona imposita. ¶ **EX CAP. v.** Distat fructu, situ, sexu, sapore, Videť nullomõ legi posse, fructu. Nã quattuor hic differẽtias Plinius notat, quas statim singulatim exequit, cũ tñ nulla sit quæ fructui respõdeat. Scribendũ igitur figura nõ fructu, vt cõfestim sit manifestum. ¶ **EX CAP. vj.** per genera plus minus cõplectẽte, plus minus ue cõplectẽte, codex. tol. ¶ **Pro** differẽtia generũ breuiora vel lõgiora, breuiora lõgiora ue in eodẽ habet. ¶ **Atq;** carbone dotata vitijs obnoxia est. Quã ob rẽ solida vtunt carboni, ærariorũ tñ officinis, cõpendio qm. c. Scribo. Aspris dolata, vitijs obnoxia est. Quã ob rẽ solida vtuntur. Carboni utilis, ærariorũ tñ officinis, cõpẽdio, c. Theophrastus lib. iij. de Aspri arbore loquẽs. Materies inquit improba. Et laborata quidẽ inutilis, rūpiť. n. & cadit, rudis autẽ melior. Ob id sic ea vtuntur. Improba etiã ad cremandũ & ad carbonẽ faciẽdũ. q̃ppecũ carbo eius omnino inutilis, qđ trãsiliat scintilletq; præterquã ærariorũ officinis. His. n. vtior cæteris hic habet. Qđ. n. flatu desinẽte ptinus extinguit parũ absumi põt. & statim ante. ¶ **Fortius** lignũ quercus hẽt, & incorruptius, ramosa & ipsa procerior tñ & crassior caudice. Legendũ nõ quercus sed fagũ, & nõ p̃cerior sed breuior. Vtrũq; euidentissime ex Theophrasto lib. iij. cap. ix. cõparat. n. hemerida quã theodorũ placidã vertit cũ fago. Nãq; placida inquit nõ erecta, nec leuis, nec excelsa est, quippe quæ corpore in orbẽ comofo cõtorto sinuosoq; stet, vt nodosa alofaq; assurgat. Materies robusta, verũ infirmior quã fago. Hæc. n. robustissima putrediniq; nulli obnoxia est. Sed nec ipsa erecta, quãquã minus torta quã quercus, caudice vero crassissimo cõstat vt tota quoq; breuis species reddat. Nã eius etiã corpus in orbẽ comofo minimeq; erectum est. ¶ **Haliphleos** dicta cui crassissimus cortex atq; caudex. De cortice nihil Theophrastus, Proinde statue. Scribendum item haliphloeos cum. æ. diphthõgo in tertia. ¶ **Eidẽ** raro glãs, & cũ tulit amara, quã præter fues nullũ attingit animal, ac ne ex quidẽ si aliud pabulũ habeat. Hæc verba falso hic inserta sũt, falsoq; haliphleo tribuũtur, ad hemeridẽ. n. ptinent, & cũ his quæ de illa paulo ante dicta sunt cõtineri debet ex Theophrasto lib. iij. cap. x. hemerida inquit quã alij sterilẽ dicũt, alij fructum adeo vitiatũ ferre vt eũ animal nullũ maderẽ possit præterquã fues & hos cũ aliã nullã habet. ¶ **Querna** diffusam & grauissimã & ipsa glandiũ æque dulcissima. Exẽpl. Tol. querna diffusam atq; dulcissimã, grauissima & ipsa glandiũ. ¶ **Similẽ** huic latifolia, sed læuiorẽ. Scribe cũ diphthõgo. æ. læuiorẽ, vt intelligas læuorẽ, nõ leuitatẽ, ex Theophrasto. ¶ **Hæc** tingendis vtior. adde verbũ lanis ex Theophrasto euidenter lib. iij. cap. ix. Fert inquit & alterã nigrã qua lanas tingũt. ¶ **EX CAP. vij.** Sole de geminis exeũte Theophrastus lib. iij. cap. vj. Scirrhophorione mẽse. Theodorus Martio trãstulit. ¶ **Hoc** est vt nucleũ fabæ magnitudine habeat. Scribendũ puto. hoc est cur nõnullæ fabæ magnitudinẽ habeat. ex Theophrasto lib. iij. capi. vj. Si ab æstu inquit occupet arefcit, augeriq; amplius nequit. qua de causa earum aliquæ nõ maiores fabis euadunt.

Locũ ex-  
pende.

Verbare  
stituta ex  
alieno lo-  
co in pro-  
prium.

euadunt. ¶ Nascuntur in eo & pilulæ nucibus non absimiles intus habentes flocculos .c. nucleis hic legendū nō nucibus idē Theophrastus docet lib. iij. cap. viij. Fert inquit & quod quidā pilū appellant. Id pilula est comā gerens lanaceā mollē, nucleo durior, qua in lucernarū luminibus vtuntur. ¶ Apertis amara inanitas est. Legendum forte atra potius quā amara. Theophrastus lib. iij. ca. viij. Aperta nigra & fruticans cernit̄.

¶ **SEX CAP.** viij. Tilia, nuce, platano. Theophrastus castanea non platano. libro. iij. cap. vij. ¶ Non in cortice modo verū & e ramis dependentes. Contraria prodit Theophrastus lib. iij. cap. ix. Nascitur inquit idē cortice non e furculo vnde glās, neq; e gemmas sed e latere supernorū nodorū. Quare hic mallē legeres e cortice modo, q̄ e ramis.

¶ **SEX CAP.** ix. Vasa corbesq; ac patentiora quædā, immo e cōtrario lego, corbesq; ac patētiora quædā vasa. ¶ Atq; prætexta tuguriorū, protecta nō prætexta exēplar Tolet.

¶ **SEX CAP.** x. vsq; ad bellū pyrrhi regis. Scribe, ad pyrrhi usq; bellū, ex eodē. ¶ Sicut pinus in uertice. Idē exēplar, sicut pinus e vertice. ¶ Vt mista visu discerni nō queat, & inde fra<sup>9</sup> seplasiæ, meli<sup>9</sup> idē codex, vñ fra<sup>9</sup> seplasiæ. ¶ Meliorq; flexu, molliorq; flexu. Idē. ¶ Et tenuiora ac magis algētia. Legēdū vñ rigentia, nō algētia, tū vt opponatur illis, mollior flexu, tū quod sequit̄ paulo post, pinguioribus folijs & simplicibus atq; non rigentibus. Appellat autē folia rigentia, subrecta non procliuia in terrā, ex Theophrasto lib. iij. cap. x. ceclimena mallō idest inclinata magis. Simplicib<sup>9</sup> autē intelligo mollibus ex eodē. ¶ Mas breuior & durior, addi debet vt opinor verbū, folijs, ex Theophrasto lib. & cap. eodē. & marē inquit breuiorē folioq; duriorē, foeminā proceriorem, folijs pinguem, mollē procliuiorēq;. ¶ Ipsaq; materies retorrída & nigrior maribus radix. Dictio, radix, viderur superfluere ex eodē theophrasto citato loco. Omnis mas securi breuior & contortior operiq; difficilior est, foemina procerior atq; facilior. ¶ **SEX CAP.** xi. multosq; ad alios vsus. Elegantius in nostro exēplari, multosq; alios ad vs<sup>9</sup>.

¶ Hoc in Syria cedriū vocatur. Sensus qui potest ex his verbis colligi, est. Primū illū sudorē aquæ modo fluētē e canali in Syria vocari cedriū siue ex teda, seu ex quouis ligno. At hoc falsum est si dioscoridi fidē habemus lib. j. cap. de cedro. Ex cedro nāq; tantū cedriū, aut cedrinus liquor dicitur. Aut igitur legendū. Hoc e cedro cedriū vocatur, aut additis aliquot verbis, hoc in Syria e cedro cedriū vocatur. Nā in Syria præstantissimas esse cedros Theophrastus auctor est libro quinto capite. ix. ¶ Aceto spissatur & coagulata brutiæ cognomē accepit. Archetypum, Tolet, aceto spissatur vt coagulo, & brutiæ. c. ¶ Item terebinthi nam in sartagine referuenti. Longe aliter in eodem exemplari. Item terebinthinam in charta cinere feruenti.

¶ **SEX CAPITE.** xij. Quidam arbitrantur in montosis copia præstantiorem fieri, ac coloratiorem fieri, & dulciorem quoq; & gratiorem dum resina sit. In codice nostro. Quidam arbitrantur in montosis copia præstantiorem ac colore & dulciorem, odore quoq; gratiorem dum resina sit. ¶ Sed has & illas serenitate steriliores. Fructum quædam proximo anno ab incisura largiuntur. Idem exemplar, sed has & illas serenitate steriliores fieri. Quædam proximo anno ab incisura largiuntur. ¶ Proprium quidam fecere sapium, sapinum non sapium in eodem. ¶ Sapius autem materies cæsarum e genere fiat. Apographon nostrum. Sapina autem materies cæsa regenerescit, vt forte scribendum sit. Sapina autem materies cæsa regenerescit.

¶ **SEX CAPITE.** XIII. Tantaq; est vis vt ne matutinas quidem occidentes ue umbras quam sunt longissimæ serpens arboris eius attingat. Verba temere & inordinate posita. Videntur enim hoc modo esse legenda. Tantaq; est vis vt ne matutinas quidem occidentes ue umbras arboris eius quum sunt longissimæ serpens attingat. ¶ **SEX CAPITE,** xxi. Aceris mares prius florent, Acerum non Aceris in

EX LIBRO

Tolet. exemplar. & paulo post. ¶ Cætero lenis quies. De cætero lenis quies. in eodem. ¶ Quod in metas emittitur. Scribendū puto cōtra omnia exēplaria emittitur nō emittitur. ¶ Syluestre vt credo mitigatū fatu. E syluestri vt credo. ē. in eodē. ¶ In igne quoq; duritia quæ ferro. Ligni quoq; duritia quæ ferro. Idē agnoscit. ¶ EX CAPI. xviii. Descēdunt etiā in plana. Verbū. etiā. redundat ex eodē. ¶ EX CAPI. xix. Ergo mites quæ fructu. ē. In eodē. ex mites quæ fructu. ē. ¶ EX CA. xxiii. Quibus adijcit Cato decidua a populo quercuq; animalibus iubens dari non perarida. Scribendū puto. & cedua nō decidua. Cato cap. v. Frondē populneā, vlmeā, querneā, cædito. Et per tēpus cōdito, nō perarida, pabulū ouibus. Hæc cato. Cū igitur Plinius hic scribat animalibus nō vt cato ouibus, & Cato addat vlmeā qd' in Plinio nō legitur, adducor vt putē scribendū hic. a populo quercuq; & vlmo ouibus. Indoctus. n. librarius vt conijcio p. vlmo ouibus. scripsit animalibus. ¶ EX CAP. xxv. Cōcipiunt varijs diebus, & p sua quæq; natura. Alia protinus vt animalia, tardius aliqua. Scribo alio ordine. Cōcipiūt varijs diebus, & pro sua quæq; natura vt animalia, alia protin⁹, tardius aliq. ¶ Quorū ratio aptius reddetur ab hoc tertio volumine. cōuertenda verba. tertio ab hoc volumine. ex exēplari Tolet. ¶ Vitis sola bis parturit cū primū emittit vuā. Et hic puto erratū esse in ordine verborū. legendūq; primū cū emittit vuā. ¶ Sequitur laur⁹, Illāq; cupressus. Deme particulā. q; ex antiquo codice. ¶ EX CAP. xxvi. Quæ se in arbore ipsa diuisere vocant Zamix. cōtrario verborū ordine, idē codex. Zamix vocant. ¶ EX CAP. xxvij. M. Varro auctor est vitē fuisse Smyrnæ apd' mare. Archetypō idē nō mare habet sed matreā. Quæ dictio nō temere mutanda fuit. Fortasse. n. Plinius Metroō scriptū reliquit hoc est tēplū matris deorū. quale in elide Pelopōnesi auctor est Pausanias in Eliacis. ¶ Sūma sui parte fertilior est arbutus, quercus inferiore, iuglandes, fici, mariscæ. Emēdatius antiquus codex. Sūma sui parte fertiliores, arbutus, quercus, inferiore, iuglandes, fici, Mariscæ. ¶ Syluestriora omnia tardiora. Syluestrialege nō Syluestriora ex eodē. ¶ Quædā ex his omnino nō maturescūt. Significātius idem codex. omnino nec maturescūt. ¶ Iam quidē ex portētis, qm̄ maiora sunt precia præposteris. In eodē. et portētis. Mallēq; scriberes præproperis quā præposteris. ¶ EX CAPI. xxviii. Fructibus minime laborans. Fructu non fructibus in eodē. ¶ EX CAP. xxix. quoniā omnis infirmitas cælo magis accidit. oboccidit nō accidit idē præfert exēplar. & statim. ¶ Multæ vero plura gignūt. redundat verbū. vero. ¶ EX CAPI. xxx. Plurima vero buxus. Nā & semē suū & granū qd' Carthegon vocāt. ē. Scribendū nō. bux⁹. sed Ilex. manifeste ex Theophrasto libro. iij. capite. xvi. Nihil enim tale quale hic dicit a Plinio fert buxus, ex eodē Theophrasto capite. xv. De Illice vero loco mox ante citato sic tradit. Fert præter glādē granū quoddā puniceū, & viscū, atq; hyphear habet. Qua propter vt fructus quaternos habeat interdū contingit. binos proprios, binosq; alienos, visci scilicet atq; hyphearis. Fert a septentrione viscū, a meridie Hyphear. Quod autē sequit Carthegon. Legendū quidē Crategon sed arbor est nō granū eidē Theophrasto Crategon, eodē lib. cap. xv. Est eiusdē nominis herba Dioscoridi lib. iij. ¶ Vt paliurus, myrtus. Itē nux auellana. Superfluit particula. Itē. ex exemplari. Toleta. ¶ Vt pinus lotos siue faba græca, quam Romæ a suauitate fructus, syluestris quidem sed cerasorum pene natura, lotō appellant. In eodem. vt pinus, faba græca, quā Romæ. ē. reliqua superfluunt. Item superfluit verbum. natura. ex eodem. ¶ Malis proprium genus, ferarum enim rostra reddunt. Scribendum reor. Malis proprii nodi, ferarū enim rostra reddunt. Theophrast⁹ lib. i. cap. xiiij. Malo profectio nodi peculiare. faciebus. n. beluarū similes extāt. Vn⁹ prægrādis. alij circa eū parui cōplures. ¶ EX CAP. xxxi. Alijs leuis yt malo, fico. Scribe cū diphthōgo. læuis, ex theophr. lib. i. cap. viij. liophloea.

Aestimā:  
d' locus.

Castigā:  
tio noran  
da.

Locus vi:  
sendus.

¶ Omnibus in senecta rugosior. Scribo, quibus. nō omnib<sup>9</sup>. Theophrastus libro. j. cap. viij. Quædā inquit scabro cortice, vt robur, Suber, Palma. Hæc dū adolefcūt læuiori cortice sūt, cū senescūt crassiori, scabrioriq<sup>3</sup>. ¶ Quibusdā rūpit spōte vt viti. Scribo. Quibusdā radice specie vt viti. ex eodē Theophrasto & eodē loco. Nōnullis cortex radice specimē gerit, vt vitis. Quibusdā etiā cadit, vt portulacæ. vnedoni, arbuto. ¶ Apud auctores certe inueniūt abietis plantā cū trāsferret octo cubitorū. Lego plātæ, nō plāta, vt repetas radicē. Cōsimiliter mox paulo cū dicit. ¶ Vifa & n. est annosa quercus vi tēpestatis euersa. Legendū patrio casu annosæ quercus vi tēpestatis euersæ. vt rursus subaudias radix. ¶ Et familiarissimū hoc platonis. Cōuinctio. et. superfluit. ex vetusto exēplari. ¶ EX CAP. xxxij. Hocq<sup>3</sup> alias fastidio. Superuacanea est etiā particula. q<sup>3</sup>. ex eodē. ¶ Sacrorū certe causa laurū myrtūq<sup>3</sup> habere. Scribendū opinor. sacrorū certaminū causa. c. ¶ Et nō cōtigit. redūdat cōuinctio. et. in codice antiquo. ¶ Tarracina syluis scatēte earū. Sylua nō Syluis in eodē. & paulo ante, in pontū abire nō ad pontū. ¶ EX CAP. xxxij. Fœmina sterilis diu. Legendū arbitror. spreta. nō sterilis, supra enim traditū fuit Fœminā esse feracē, marē sterilē. Indicant id etiā verba protinus sequētia. Metæ demū aspectu nō repudiata. ¶ Distinguēdis tm̄ pinorū ordinib<sup>9</sup>. Scribo vinearū nō pinorū. ex. M. Varrone lib. j. cap. xxvj. In omni inquit vinea diligēter obserua vt ridica vitis ad septentrionē versus figat. & si cupressos viuas pro radicis inserūt alternos ordines imponūt. c. ¶ Trahit etiā in picturas opere historiali. Scribendū vī. Trahit etiā in picturas operis topiarij. ¶ Hæc gignit protinusq<sup>3</sup> emicat. In alijs codicibus nō emicat legitur sed emigrat, minus vitiose. Legendū. n. vt opinor. emergit. quo verbo tanquā Pliniano vsus est Theodorus in tertio Theophrasti lib. capi. ij. non nusquā mō subegeris mouerisq<sup>3</sup> solū familiaria protinus terræ illius emergunt, vt in Creta insula cupressi. ¶ EX CAP. xxxiiij. serpentū frigori gratissima Legendū vt sentio nō frigori sed frictui aut frictioni. ¶ Qui vocātur corymbi. Lego. quæ vocātur corymbiæ ex Theophrasto lib. iij. cap. xvij. Neq<sup>3</sup> enim ad ramos referēda est vox corymbi sed ad ederas fructū albū ferētes. Est & genus ederæ corymbia Dioscoridi. ij. ¶ Primoq<sup>3</sup> esse helicē putāt, fieri ederā vetustate. Verbū. putāt. superfluit. ex antiquo exēplari. recte. præcessit. n. statim ante existimāt. Redundat itē particula. q<sup>3</sup>. Ordo etiā diuersus est. primo helicē esse, vetustate ederā. ¶ Tenuiora folia in ordinē digesta. adde cōuinctionē. et. & in ordinē digesta. ¶ Signa eius folia maxima atq<sup>3</sup> latissima māmas erigētis quæ sunt cæteris inflexæ. Scribendū arbitror. Signa eius folia maxima atq<sup>3</sup> latissima, ramos rigētes. Theophrastus lib. iij. cap. xvij. manifestā quæ ederascat affirmāt, nō tm̄ folijs quæ maiora latioraq<sup>3</sup> hēt, sed etiā germinibus, protin<sup>9</sup>. n. erecta gerit nō inflexa. ¶ Ob id vocata cissos. In quibusdā exēplaribus. orthocissos habetur. non cissos. ¶ EX CAPI. xxxv. vt in poetis libero patre aut sileno quis omnino nescit quib<sup>9</sup> coronet. Scribo, qui somno nescit quibus coronetur. Ex archetypo toletano, recte, vt licet legere in sileno summi poetæ. Cæterū hāc cōparationē non duco esse plinia nam. ¶ EX CAPIT. xxxvj. tegulo enim earum domus suas. c. Redundat conuinctio. enim. & domos legendum non domus. vtrūq<sup>3</sup> ex eodem. ¶ Crassiore paniculo coma. Paniculæ non paniculo in eodem. rectius. vt libro octauo de ceruis. arundineas in paniculas molli plumata lanugine. ¶ Aut ybi limosiore callo indūruit. Legendum puto, lignosiore non limosiore. ¶ Quanquam præferantur indi. Antiquum exemplar indigi legit non indi. Scribo, indici. ¶ Harundo omnis ex vna stirpe numerosa. Atq<sup>3</sup> etiam recisa fœcundius resurgit. Radix natural<sup>9</sup> viuax geniculata & ipsa. Scribendum opinor & alia lectione & alio ordine. Harundo omnis viuax, atq<sup>3</sup> etiam exusta fœcundius resurgit. Radicis natura ex vna stirpe numerosa, geniculata

Pulchra  
correctio



## EX LIBRO

& ipsa, ex Theophrasto lib. iiii. cap. xi. qui viuacitatē harundini tribuit nō radici. Omnis inquit harūdo viuax est atq; adusta melius resurgit. Itēq; stirpe crassa numerosa q; est. ob id mori peruicax. Radix ipsa geniculata est. Astipulat & columella libro. iiii. cap. xxxj. ¶ Differentias faciūt & folia, nō multitudine verū robore & colore. Valida laconicis & ab vna parte dēsiora. Deesse arbitror dictionē tm̄. & legendū varia, nō valida, & ima nō vna, yt in totū Scribendū sit. Differentias faciunt & folia nō multitudine tm̄ verū robore & colore. Varia laconicis, & ab ima parte dēsiora. Theophrastus libro. iiii. cap. xi. Magnas & folia differentias reddunt, non multitudine magnitudineq; tantū sed etiā colore, quippe quæ laconica cognominat̄ versicolor est. c. ¶ Tertia harūdo est tibialis calami. Alio ordine in codice antiquo. Tertia est harūdo tibialis calamis. ¶ Et cātus quoq; luxuria. Scribe luxuriæ dādi casu ex eodē. ¶ EX CAPITE. xxxvij. ¶ Apud nos quoq; multi totidē nomina imponunt. Adde, generibus, ex eodē. Apud nos quoq; multi totidē generibus nomina imponūt. ¶ Vimineā vocant eandē purpureā, & hic quoq; addēda particula, q; eandēq; purpureā, ex eodē. ¶ EX CAP. xxxviii. Humor & cortici arborū est, q; sanguis earū intelligi debet. Nō idē omnibus. Ficis lacteus. Dictionē, cortici, plinianā nō credimus ducti verbis Theophrasti lib. i. capi. xix. Arborum inquit ipsarū humor varijs generibus cōsumari videtur. Alius enim succus lacteo similis est vt fici, papaueris. c. ¶ Mirū hic in moro medicis succū quærētibus fere hora diei secūda lapide incussus manat. Antiquū exēplar. Mirū hijs in moro medicis succū quærētibus, vere hora diei secūda lapide incisus manat. Vt forte legendū sit, imus, nō hijs. Nā sequit̄ statim, altius fractus. c. ¶ Lignū in lōgitudinē fluctuat. Libētius legerē, fluitat, quā fluctuat, & mox paulo, magis fissilia, nō maxime in eodem habet̄. ¶ EX CAPI. xxxix. Nāq; qui venabula ex ea faciūt, cōuerso ordine in eodem. Qui nāq; venabula. c. ¶ Cædi tēpestiuū quæ decorticent̄ vt teretes. Scribo, & teretes, non yt teretes, ex Theophrasto libro quinto capite primo. Cædi itaq; tēpestiuū rotundā quidē materiā & omnē quæ decorticāda accipit̄, cū germinare incipit. ¶ Nequæ de dolādæ arbores sternant̄. Exēplar antiquū, ne qua dedolāda sternant̄, reliq; superfluūt. ¶ In finitū refert lunaris ratio. Deest cōuinctio, et, infinitū refert & lunaris ratio. ¶ Prælum e sapino atra potissimū facito. Vlmeā, pineā, nuceā. In ipso catone leges cap. xxxj. Prælū e sapino atra potissimū facito, aut vlmeā, aut pineā vel nuceā. ¶ Lunaq; dimidiata ne tāgas materiē. Tūc ne effodias, aut præcidas abs terra. Diebus quattuor proximis quibus luna plena fuerit optime eximit̄, in vulgatis Catonis exēplarib⁹, in quodā etiā scripto sic habet̄, lunaq; dimidiata, materiē ne tāgas. Materiē quā effodies aut præcidas ab terra diebus septē quibus luna plena fuerit. ¶ Omnino caueto nigrā materiā ne doles ne cædas, neue tāgas nisi siccā. Scribo, Omnino caueto ne quā materiē doles, neu cædas, neu tāgas si potes nisi siccā, ex eodē Catone cap. xxxvij. ¶ Est pergentiū quoq; regiones in ijs differentia. Lege, est per se gentiū quoq; in ijs differentia, cætera superfluūt. ¶ Deteriores Aeneatica & arcadica, pessimæ parnasia & euboica. Scribo, Aeanica, nō Aeneatica, ex Theophrasto lib. v. cap. iij. Secundā inquit pōticā tradunt. Tertiā Rhindacicam. Quartā Aeanicā. Deterrimā parnasiā atq; euboicā. Hæc Theophrastus. Est autē Aeane vrbs Macedoniæ Stephano. ¶ EX CAP. xl. Abies admirationis præcipuæ in nauī quæ ex ægypto. c. Duo hic verba addēda ex Codice antiquo. Abies admirationis præcipuæ visa est in nauī. ¶ Vulgoq; auditur octoginta nummorum & pluris, nummum non nummorum in eodem, & mox ante. ¶ Obiter puteolano puluere aduectisq;. Scribendum arbitror, ob id ter puteolano puluere aduecto. Nam cum tres moles altitudine turrium exædificatæ fuerint, optime quadrat ter ob id aduectum esse puteolanum puluerem, De quo Vitruuius secundo,

¶ Calices e terebintho solitus facere torno, p quē probat materies. **O**mnium hæc sola. c. **S**cribendū videt. Calices e Terebintho solitus facere torno. Cor cuius probat. Materies omnium hæc sola. c. Theophrastus lib. v. cap. iij. & pocula thericlea tornari quæ a fictilibus secerni non possunt. Verū cor tm accipi. Et perūgi materiā oportere volunt.

¶ Palma est mollis, & suberis materies spissa, & malus pirusq;. Scribendū opinor. palmæ mollis & suberis materies, spissæ malus pirusq;, vel, spissa malis pirusq;, moueor auctoritate theophrasti, qui nō esse spissam suberis materiā prodit lib. v. cap. iij. ¶ Quoniam genere materiæ sciētia oblitterata. In alijs codicibus, cuius qm generis materiæ. c. Scribendū cōiicio, Thuiæ quidē generis materiæ. c. Tū qd Theophrastus post Cedrū & Thuiā tertio loco ponit morū qd hæc vides fieri itidē a Plinio, tū etiā qd statim subiungit Plinius quæ odore præcellat æternitate præstare. & supra Plinius lib. xij. capi. xvj. de Thuia loquēs. Hæc inquit inter odores vri tradit in delitijs circes. ¶ Robur defossū. Et in aquis quercus obruta. Lege alia distinctione. Robur defossū & in aquis, Quercus obruta. Theophrastus lib. v. cap. v. Robur defossū atq; in aquis demersum. putredinis quippe hoc immune omnino vr. Ob id fluuijs lacubusq; naues hac etiā materia cōdunt, sed mari putrescit. Confirmat id rursus cap. viij. eiusdē libri.

¶ **SEX CAPI.** xli. quorū quidē alij putrescēte succo. Verbū quidē, demendū est. ex archetypo. Tol. Ego vero & dictionē etiā illā. succo aduētitiā esse existimo. Theophrastus lib. v. cap. v. Vermiu autē qui nasci in materie solēt, alij putrescēte ipsa materie generari solēt, alij parietibus alijs vermibus. Pariūt. n. vel in cæsa matēria vermes, quæ admodū in arboribus qui cerastræ vocant. Cū scilicet tm eroserūt atq; excauauerūt, vt se circūagere possint. ¶ Quas. cc. annis durātes inuētas. Verbū. durātes. superuacaneū putamus. & cauetō ne illo. quas. naues referri putes. Theophrastus lib. v. cap. vj. In Tylo autē arabix insula materiē esse affirmant ex qua naues ædificāt, quæ mari incorrupta pene perdurat. Quippe cū annos plusquā ducentos demersa, immunis ab omni offensa seruet. ¶ Vitri mō fragilē. Theophrastus fictiliū mō fragilē. osperta ceramia. Et solidiora apud eundē, nō spissiora. ¶ **EX CAP.** xli. Et palmæ arbor inualida, in diuersum. n. curuat. At populus. c. Scribo. Et palmæ arbor valida, in diuersū. n. curuat. Nā cū oēs in inferiora pādēt, palma ecōtrario fornicat. reliqua falso adiecta sūt. ex Theophrasto lib. v. cap. vij. ¶ Frāgiq; se prænūciat strepitu. Scribe. crepitu nō strepitu. ex exēpla. Tolet. ¶ Firmissima ad tectū abies. In eodē. Firmissima in rectū abies. ¶ **EX CAPIT.** xli. Cornū maxime audit sorbus. c. odit legi in eodē nō audit. ¶ Durabilia ac sectilia quæ modice humida. Lege dolabilia potius quā durabilia. Theophrastus lib. v. cap. viij. Secant inquit findūturq; facilius quæ humidiora capiunt. ¶ Gallica vero etiā ad currus flexibilis. Vitē æmulare vlmus ni pōdus esset in culpa. Legedū permutatis dictionibus puto. Gallica vero vlmus etiā ad currus flexilis. Vitē æmulat ni pondus esset in culpa. quāquā quinq; verba nouissima aliena suspicor esse nō Plinij. Porro meminisse oportet, Pliniū supra capite. xvij. inter genera vlmorū, secundū genus fecisse gallicas vlmos. Capite vero. xij. vbi de fraxino differuit, nullā gallicæ fraxini mentionē habitam. ¶ Facilis & fagus quāquam. c. Legendum videtur. taxus. non fagus. & mox paulo nō sectilibus, sed plectilibus seu plexilibus. sic. n. magis explicat intellectus verbi græci paracollemata hoc est cōglutinationes. Theodor⁹ vt in Plinio inuenit, sic in Theophrasto trāstulit sectilib⁹. Lege Theophr. lib. v. cap. viij. ¶ Ideoq; pditū. immo legedū vr cū minore litera. ideoq; pditi. ¶ Cato vectes aquifolios laureos. Desiderat verbū Iligneos, ex ipso Catoe cap. xxxj. Vectes Iligneos. aquifolios, laureos, aut ulmeos facito uti siēt pati. ¶ Dat & aln⁹ ut dictū est tuber sectile, sic ut citr⁹ acerq;. Scribo permutatis verbis. Dat & alnus tuber sectile sicut citrus, acerq;, vt dictū est. Et

Egregi⁹  
locus.Locus nō  
tandus.

## EX LIBRO

enim relatū hoc est lib. xiiij. cap. xv. & lib. præfenti cap. xxxviii. ¶ Tépestiuæ cæsuræ quâ immaturæ in Toletano exéplari maturæ legitur nō immaturæ. ¶ Sic terebinthū vinci iubent. sic Terebinthū vinci iuuat. in eodē. ¶ Iam lignū emi testudinē facit. Aliter idē codex. iam lignū enim e testudine facit. Sed particulā. enim. superuacuum ducimus. cōstat nāq; sine illa sensus. ¶ EX CAP. xliij. In Caphyis Arcadiæ luco. Verbū. luco. seu vt alij legunt loco redū dare videtur. ex Theophrasto lib. iij. cap. xiiij. vnde hoc acceptū. ¶ Ibi platanus ostēditur ex qua pepēdit Marsia victus ab apolline. L ego nō platanus. sed pinus. Nā e pinu suspensū ab apolline Marsyā auctor est præter cæteros Archias poeta græc⁹ epigrāmato sectione. iij. ¶ Breuissima vita est. Punicis. fico. malis. Ex his præcocibus quâ ferotinis. dulcib⁹ quâ acutis. & dilutior in punicis. Theophrastus lib. iij. cap. xiiij. Viuūt prædictæ aliæq; cōplures lōgo tēpore. Breui profecto punica. ficus. malus. præcipue verna. & dulcis minus quâ acida. vt inter punicas quæ nucleo carent interiori. Ex quibus Theophrasti verbis apparet legendū hic esse non acutis sed acidis. Neque enim acutū opponitur dulci. immo fieri potest vt aliquid. simul sit & dulce & acutū. vt de melle supra Plinius lib. xj. cap. xv. retulit. & Dioscorides libro secundo. Neq; dilutior lego cū Hermolao. ex cuius castigatione quis sensus elici possit non video. sed licet dura nimis castigatione. apyrenis. hoc est sine nucleo. ¶ Sed e radicib⁹ repullulāt laurus & mali & punicæ. L ego e lateribus nō e radicibus. ex Theophrasto lib. iij. cap. xiiij. Quædā senescunt quidē putrescūtq; velocius. sed ex eisdē rursus latere suo germināt. vt laurus. mali. punicæ. ¶ X. arbores metiens. singulas magnitudinis visendæ. syluāq; sola facit. Tolet. exéplar. X. arbores mittēs. singulas magnitudinis visendæ. syluā sola faciens. Aestimandū vero an. mētiens. legi debeat. potius quâ mittens aut metiens. ¶ Est & in Syria herba quæ vocat cadytas. Videtur detrahēdū eise verbū. est. ¶ Et quæ dolichos ac serpillū. Verba hæc adulterina esse apparet ex Theophrasto & Dioscoride & cæteris. ¶ Quod dryos hyphear vocant. hæc etiā verba nō puto esse legitima hui⁹ auctoris vt ex antedictis cōstat. ¶ Ac cōditi in aqua putrescunt. Legendum reor. cocti in aqua. non conditi Dioscorides libro tertio. Tunditur autem fructus is. Tum lauatur. Post hæc in aqua decoquitur.

### EX LIBRO. XVII. CAPITE. I.



**C**ONCEDERE se respōdit. elegātius antiquū exéplar. addicere se respōdit. ¶ An tu qui sex arbores æstimes. addendū puto. tātū. an tu qui sex arbores tanti æstimes. ¶ Primo stolonū nomē dedit. Verba hæc nullū hic vsū præstāt. Sensus. n. integer est sine illis. ¶ Futuras ne eas credidisse. vêturas. nō futuras in eodē legas. ¶ EX CA. ij. ¶ Alit omnia quæ non mundat. Scribendū reor. alit omnia. neque inundat. inuersis verbis. ¶ Quæ aquilonē austro vtiliorē facit. Expende an sit verior lectio. quâ aquilo quâ auster vtiliorē facit. quoniā vt superius ostendit fruges quoq; peius maturescunt austrinis diebus. & mox paulo hiemē aquiloniā esse omnibus satis vtilissimū est. ¶ Et si viti inutile. colono salubre est. Exemplar antiquū. & viti inutile. colono insalubre est. Scribendū reor præpostero ordine. viti inutile & colono insalubre est. fauēte huic lectioni Columella lib. iij. cap. xij. & paulo post. Is nāq; æstatē ibi téperat. ¶ EX CAP. iij. orientē ac septétriones spectēt. Legendū puto occidentem non orientem. Nam cum sol exsiccandi facultate præditus sit. vt statim sequitur. si ea quæ in siccis seruntur locis & rore indigent. in orientem vergant. magis sitiēt humorisq; magis expertia erūt. ¶ Cæteri vero fere. dictio. vero. superfluit ex exéplari antiquo. ¶ EX CAPITE. iij. Similis & fluminum stagnorūq; ratio. Nebulis adurūt. c. Similiter fluminum stagnorūq; nebulis adurūt in eodē. ¶ Et carbunculus

terra quæ ita vocatur emendari vite macra putatur. Quattuor illa verba, terra quæ ita vocatur, delenda. Sunt, n. manifeste adiecta a lectore exponente quid esset carbunculus. ¶ Nā tophus scaber natura friabilis. Nā tophus scabra, ac natura friabilis vet<sup>9</sup> codex. ¶ Si quis perite fodiat, si quis peritus effodiat, in eodē. ¶ In thessalia circa Larissam emissio lacu frigidior facta ea regio est. Oleæ defuerūt. Aptior lectio. In Thessalia circa Larissam emissio lacu, frigidior facta ea regione, oleæ defuerūt. ¶ Itē vites aduri quod nō antea. Hæc verba ad præcedētia spectāt ex Theophrasto lib. v. de causis plantarum cap. xx. Proinde cū minore litera scribendū, itē vites aduri quod non antea. Theophrasti verba sunt, vt apud Larissam Thessaliæ. Prius, n. quod aqua stagnante pigraque cæpus repletus esset aer crassior & calidior erat. Postea vero aqua educta colligique prohibita, aer frigidior est redditus & gelationes plures secutæ sunt, cuius rei argumentū afferūt quod tūc oleæ tū alibi, tū in Larissa oppido magnæ & optimæ aderāt, nūc autē nusquā habent, & vites quoque tūc nūquā cōgelabant, nūc p̄sæpe. Itē lego cōmutatis verbis, vites aduri quod nō antea sensit, Thracia admoto. ē. ¶ Thracia sensit admoto ebro. Aenos sensit, nō Thracia sensit, vetus præfert lectio. Aenos autē Thraciæ nobile yrbē ad ebrū fluuiū sitā, oēs geographi & fere historici celebrāt. Sciendū tñ est locū hūc a Theophrasto de sūptū lib. p̄xime citato misere ibi decurtatū esse nō minus in codice græco quā latino, vnde cōtagiōe morbus Pliniū inuasit. Verba Theophrasti subtexā ex translatione Theodori, vt collata cū plinianis p̄spiciū fiat quomō vtrobiq; legēdū sit, aqua autē nō semper agrū reddi frigidiorē sed etiā his quæ prius iam diximus, argumentū quod circa euenerat, hæc, n. tepidior nūc esse putat quia ebrus amnis p̄pius. In his Theophrasti verbis desiderari puto ciuitatis nomē, Aenos, legendūque argumentū quod circa ænō euenit. Hæc, n. ē. In Plinio vero plura adiciēda ad sensus integritatē, videntur. Quæ autē ea sint liberum vnicuique ius cēsendi esto, mihi satis sit locū indicasse. ¶ At in Syracusano agro aduena cultor elapidato luto sole perdidit fruges. In exēplari antiquo elapidato solo luto, perdidit fruges. Putamus dictionē, luto, expositionis causa adiectam esse. Theophrast<sup>9</sup> lib. iij. de causis plantarū cap. xxv. quod illi euenerat qui ex corintho Syracusas p̄fectus culturā corinthij agri in Syracusano seruauit, cū, n. lapides e segete frugali legisset reddidit multo deteriorē. Frumentū, n. exarescebat cū exēptis lapidib<sup>9</sup> nihil haberet quo se p̄tegeret. ¶ In quibus perticas pridie relictas gramē operiret, ex M. Varrone hoc lib. i. de re rustica cap. vij. ad cuius normā si locū hūc dirigas sic leges, in quibus perticas relictas postridie gramē opiret. ¶ EX CAP. v. Terram cariosam caue, neue plauastro, neue pecore impellas. Verba hic aliquot vt sētio desiderāt, ex Catōe ipso quæ citat cap. v. Terrā inqt cariosā caueo ne ares, ne ue plaustrū, ne ue pec<sup>9</sup> impellas in illā. ¶ Redeam<sup>9</sup> ad ligni cariē. Scribo redigamus nō redeamus ex scripto codice. ¶ Sed natura sua anus terra. Verbū sua supfluit ex eodē. ¶ Ad radicē montiū planicie in meridiē excurrēte, ab radice in eodē legit nō ad radicē, forte sub radice legi esset cōmodius ex ipso Catone cap. i. si poteris sub radice mōtis fiet, in meridiēque spectet. ¶ Erit igitur hæc optima & operi fatior. In eodē sic leges, erit igitur hæc optima & operiet sata. Scribendū videt<sup>9</sup> erit igitur hæc optima & operi et satis. ¶ Talis fere est in noualib<sup>9</sup> cæsa vetere silua. Legēdū incēsa vetere silua nō cæsa, ex Theophrasto euidenter lib. vi. de causis plantarū cap. xxv. his verbis. Siccitas, n. est quæ odores vel omniū vel certe aliquorū facere possit, quod obiter in terra quoque p̄spiciū est, vbi tēpore æstiuo solo adusto imbres accesserint. Humor enim admissus feruētique pulueri permist<sup>9</sup> odorē generat, quod idē in cæteris etiā facit. Nā & quod de arcu cælesti referūt, arbores & loca reddere odorata vbi cūque constiterit tale est. Reddit em̄ nō in omnib<sup>9</sup> modis odorata sed si qua materia cōbusta p̄xime sit. Nec id forsitā p̄ se agit sed quodamō p̄ euetū, impluit enim locis vbi cōstiterit. Quippe

Locum nota.

Theophrasti locus

¶ Si identidē ethyemē & imbrē. In eodē. Si id hyeme, & imbrē. ¶ Littoris ripæq; si resonabūt trāquilla, asperā tēpestatē. Scribo. Littora, ripæq; si resonabūt trāquillo. c. ex eodē. ¶ Flatuq; alti⁹ solito, cōmodiorē lectionē duco fluctu quā flatu. ¶ Egdē & montiū sonit⁹. L ego. Et quidē motiū sonitus ex eodē. ¶ Cæteræq; aquaticæ aues cōcursātes. cōcurrētes in eodē, nō cōcursantes. ¶ Grues in mediterranea festinātes. Fugiētes nō festinātes idē agnoscit. ¶ Mergi maria aut stagna fugiētes. In eodē. Mergi, cauiæ, maria aut stagna fugiētes. L ego gauia nō cauiæ. Auis gen⁹ est græce laros Aristoteli. ex eodē. ¶ Sic noctua in imbre garrula. Sicut noctua. c. in eodē. & paulo post, a pabulo nō a pabulis, & mox paulo pfundētesq; sese, & statim post fugiētes nō fugitātes. ¶ Nec nō & in cōuiujs mēsisq; nostris. L ego. Nec nō & in cibis mēsisq; nris ex eodē.

¶ EX LIBRO. XIX. EX Procemio.



¶ **S**IDERVM quoq; tēpestatūq; rō. Scribo. Syderū quidē tēpestatūq; ratio. ¶ Nō min⁹ cōferūt rura dephēdēdo celo quā fideralis sciētia agro colēdo. Proximā multi hortorū curā fecere. Error est in suppūctiōne verborū. Scribo nō min⁹ cōferūt rura dephēdēdo celo, quā syderalis sciētia. Agro colēdo pximā multi. c. ¶ Miramurq; quosdā sciētix gratia eruditionis suæ gloriā ex his petētes. Scribendū. Miramurq; quosdā sciētix gratiā, eruditionis ve gloriā. c. ¶ Quæ gadis ab herculis colūnis. vij. die ostiā afferat. Legēdū reor. quæ gadis ac herculis colūnas septimo. c. ¶ Audax vita, scelerū plena, aliqd feri vt vētos procellasq; recipiat. Scribe. Audax vita & scelerū plena. Aliqd feri vt ventos pcellas ve capiat. ex antiquo apographo. ¶ Sed quāuis amplitudini antēnarū singulæ arbores sufficiāt. Legēdū reor. Sed cū vix amplitudini. c. ¶ Tā gracili auena tā nō alte a terra tolli. In codice vetusto tā gracili auena tā alte a tellure tolli. & mox paulo fractū nō passū. ¶ Vrit agrū deteriorēq; ipsū facit. Scribe. vrit agrū, deteriorēq; ēt terrā facit ex eodē. & paulo ante. præmonim⁹ in eodē hēf, nō p̄cipiebam⁹. ¶ EX CA. j. Nā dudū ex eadē hispania zœlicū venit. Nō dudū in eodē legi. ¶ In rhodiorū insula ostēdi in tēplo mineruæ. tēdi nō ostēdi præfert idē exēplar, vt forte non tēdi scribēdū sit sed lyndi, quæ est vna ex celebratis Rhodi trib⁹ vrbib⁹. Camiro. Ialyso. lindo. ¶ Mox quinq; alijs interse versis fasciū cacuminib⁹. In eodē. mox quinq; alijs cōtrarijs interse versis. ¶ Illisum crebro in silice ex aqua. Scribo. illisū crebro silici ex aqua. ex eodē. ¶ Pectif ferreis hamis. in eodē. enis legitur nō hamis. vt forte posset nō absurde legi crenis. ¶ Flatu versicolori implēte. flatu versicoloria pellēte in eodē. ¶ Velis forū vmbrauit. velis forū inūbrauit. in eodē. ¶ Per rudētes terra ēt in amphiteatris p̄ncipis Neronis rubēte in cauis ædiū. per rudētes iere ēt in amphiteatris Nerōis p̄ncipis. Rubent in cauis ædiū, in eodē. ¶ EX CA. ij. Nūc iā in hyeme nix. Legendū reor. sic ēt in hyeme nix. ¶ Facillime tñ ab idib⁹ maijs. tm̄, nō tñ aptior lectio. ¶ Min⁹. xxx. M. pass. a littore charthaginis nouæ, minusq; in lōgitudinē esse reperient. Scribo. min⁹. xxx. M. pass. in latitudinē a littore carthaginis, Nouē minusq; in lōgitudinē ex eodē. ¶ Lōgi⁹ vehi impēdia phibēt. ire nō vehi in eodē. ¶ Ex qua mapalia vestesq; quædā cōficiant. Theophrastus podia cōfici ait lib. vij. ca. xiiij. Plini⁹ si fidelis est codex mapalia. at Theodorus togas vertit. ¶ Anne vitiū? neq; n. aliud intelligi pōt. Ea p̄tin⁹ globet magnitudine qua futurū est, & viuāt ne an nō, haud facile arbitror intelligi posse. Scribēdū. an ne vitiū id terræ? neq; n. aliud intelligi pōt. Ea p̄tin⁹ globent magnitudine qua futurū est, & viuatan ne, nō facile arbitror intelligi posse. Cætera redūdant ex codice antiquo. ¶ Primos dētes inflecteret. reflecteret in eodē nō inflecteret. ¶ EX CAP. iij. p̄cipuū suauitate, odore, ac sapore. præcipuū suauitate odoris ac saporis. in eodē. Athenæo tñ mison. est non Mysi. ¶ Et qd in

Locum  
necta.

## EX LIBRO

Thracia Cerauniū. Legendū vī. Craniū nō Cerauniū ex Theophr. lib. i. cap. x. nisi qd inquit radice penitus careat, vt tuber, fungus, Craniū. Est etiā Athenæo lib. ij. species fungi geraniū. ¶ Quibusdā locis acceptant riguis & ferunt sicut Mitylenis. Scribendū reor. Quibusdā in locis accepta tm̄ riguis ferunt. c. ¶ A græcis dicti pezicæ. Athenæus pezices quinta inflexione. ¶ Cuius succum vocāt laser. Cuius succus vocatur laser in uetusto codice. ¶ Capra sternutate. Scribo. capra sternute ex eodē. ¶ Gūmi aut sagapenio. Scribe sagapeno. ex Dioscoride. iij. & Plinio infra & omnib⁹. ¶ Apud auctores græciæ euidentissimos. Lego. apd̄ auctores græciæ vetustissimos. ex codice scripto. ¶ Caule ferulaceo haud simili crassitudine. Scribo. haud dissimili crassitudine. Theop. li. vi. ca. iij. Caulis quāt⁹ ferulæ & crassitudine fere proximus. ¶ Et hæc duo erāt noīa. Scribendū reor. æq̄ duo erāt noīa. ¶ Radice cortex niger. Meli⁹ dādi casu. Radici cortex niger. Theop. li. vi. Radix nigro cortice tegit̄, eūq̄ detrahare solēt ¶ Supernas to caule quē magydarin appellāt. Dissentit a Theophr. lib. vi. ca. iij. cuius verba sunt. Alij radicē laserpitij cubitalē fieri tradūt aut paulo maiorē. Hæc in medio extuberare in caput qd̄ sublime penitus extat, vt fere sup̄ terrā esse appareat, vnde p̄mū qd̄ lac appellat erūpit, Deinde caulis assurgit ex qua Magydaris. Dioscori. lib. iij. esse nōnullos ait qui laserpiti radicē magydarin vocēt. ¶ Perq̄ omnia adulterat̄ rei saluberrime. c. Scribe, p̄ quæ omnia adulterat̄. c. ex vetere codice. ¶ Et tingēti quicqd̄ sit, cū quo decoq̄t. vnguēti in eodem non tingēti. credo melius, vt illud. vngue vngue puer caules. ¶ EX CAPI. iij. ac regū Adonis & Alcinoi. In eodē Alcini nō Alcinoi. rectius. Nā poetæ p̄ cōmodo suo, & integro & cōtracto vtunt̄, oratores cōtracto solū. ¶ Quippe et Supbus Tarqni⁹. Quippe & supbus in eodē. reliq̄ redūdant. ¶ Aues vltra Phasidē amnē peti & fabuloso quidē terrore tutas. Phasin nō Phasidē in eodē, emēdatiore lectiōe. Itē scribendū puto, & ne fabuloso quidē terrore tutas. ¶ Mirū esset nō licere pecori carduis vesci, nō licet plebei. Geminant̄ in antiquo exēplari verba illa. carduis vesci ad maiorē diuitibus cōflādā inuidiā. Mirū esset nō licere pecori carduis vesci, carduis vesci nō licet plebei. ¶ Nihil itaq̄ homini sic quomō rerū naturæ placet. In eodē. Nihil vtiq̄ homini. c. ¶ Etiā ne herba aliqua diuitijs tm̄ pascit̄. Existimo hæc verba nō esse huius loci, sed cōtinuāda cū paulo ante præcedētibus. Etiā ne in herbis. vt scribendū putē. Etiā ne in herbis discrimē inuētū est? Etiā ne herba aliqua diuitijs tm̄ pascit̄? ¶ Mors .n. certe æquabit. quos pecunia supauerit. Vera quidē sententia, vulgaris tm̄ ac indigna pliniāo ingenij acumine. Codex antiquus Mox hēt, nō Mors. vt scribendū putē. Mox. sicuti quædā et præferunt exēplaria impressa. & sepauerit legi in eodē codice nō supauerit. ¶ Et quæ minime accēderēt ad d̄sideriū panis. Scribendū reor. veneris. nō panis. Causā erroris puto fuisse, dictionē. veneris. cōpendiose scriptā pro qua ineptus castigator suffecit panis. ¶ Si cōtingat p̄fluo amne. p̄fluo nō p̄fluo vetus exēplar. ¶ In autūnū p̄parandū est. legēdū reor p̄palādū est. Nā statim sequit̄. Octo iugerū operis palari iustū est. ¶ Alia cortice, alia cute aut cartilagine. Scribo. alia cortice, aut cute aut cartilagine ex codice vetere. ¶ EX CA. v. Quin & lacte mulso semine eorū biduo macerato. Scribendū arbitror. Quin & lacte aut aqua mulsa semine eorum. c. Colu lib. xi. ca. iij. Cucumis tener & iucūdissimus fit si ante quā seras semē eius lacte maceres Nōnulli et quo dulcior existat aqua mulsa idē faciūt Sed quia Plinius antiquorū græciæ auctorū testimonio vti p̄terire nolui Theophrastū non esse ex eorū nūero qui Pliniū iuuāt. Cuius verba sunt lib. vij. cap. j. Quā ob rē nōnulli semē cucumeris lacte aut aq̄ p̄maceratū serūt, quo celerius exeat. ¶ Et citrini aut nigri Lego cerini non citrini. ex apographo sæpe citato. ¶ Nō insalubres tm̄ plurimū Natura oleū odere mire. naturæ in eodē nō natura. Scribendū puto maturi vt iūgas cū superioribus. ¶ Columella tra

Loc⁹ no⁹  
tatu dig⁹  
nus.

Loc<sup>9</sup> elegans.

dit suū commentū. Scribo. Columella tradit mendesium commentum. Columellæ verba sunt libro. xj. capite tertio. Nos autem leuiore opera istud fieri apud ægyptiæ gentis populum Mendesium legimus, qui præcipit aprico & stercoreoso solo alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in hortis cõsitos habere. Deinde eas confecto æquinoctio paululum infra terram secare, & ligneo stilo laxatis vel rubi vel ferulæ medullis stercus immittere, Atq; ita semina cucumeris inserere, quæ. s. in cremēto suo coeāt rubis & ferulis. Nam nō sua sed quasi macerata radice alunī, Sic insitā stirpē frigoribus quoq; cucumeris præbere fructū. ¶ Laconicū, Scythalicū, Boeoticū. Theophr. li. vij. ca. iij. Scythaliā nō Scythalicū. ¶ Atq; ex eo in totū natura diuersa. Redūdat particula. q; ex codice scripto. ¶ Cibos salubres ac leues pluribus modis existimāt qui p̄fici humano vētre. c. Cibus saluber ac leuis pluribus modis. Ex his tamē qui p̄fici. c. in eodē. ¶ Quæ lateribus crassas breuioresq;. Adde p̄positionē. in. quæ in laterib<sup>9</sup> crassas. c. ex eodē. ¶ Cōdēdis hortēsiorū seminibus. Lego hortēsīū nō hortēsiorū, vt mox paulo, & omnibus fere hortēsibus. ¶ Nisi medici masculini generis faceret in his rotūda. Legendū reor non medici sed græci. Innuīt. n. Theophrastū, cuius est ea traditio lib. vij. ca. iij. Sic paulo post. Genera raphani græci tria fecere. & nō multo ante. Cucumerū genera græci tria fecere. ¶ Ad cōdiendū faciliora quæ sæpius fata. cōdendū nō cōdiendū in codice antiquo. & illud. quæ. supfluit ex eodē. & lego spissius nō sæpi<sup>9</sup> ex Theophrasto manifeste lib. vij. cap. iij. Rapæ inqt alij esse, alij nō esse diuersitatē generis putāt, sed mare tm̄ foeminaq; differre. nasciq; ambas ex eodē semine. Sed vt effœminent raras deponere oportere. Nā si dēse positæ sunt, oēs masculescere. ¶ Lidē naporū. v. genera fecerūt. Corinthiū, Cleonæū, Liothasiū. c. Lego. iij. genera nō. v. & liothalassiū nō liothasiū. & verba quæ statim sequunt. & qd̄ p̄se viride dixerūt. falso adiecta putamus. Est. n. locus desūptus ex Theophrasto ad verbū lib. vij. ca. iij. his verbis. vt radicis ḡna. Corinthiū, Cleonæū, Liothalassiū, Boeotiū. Amplissime Corinthia adulescit, quæ vel stirpe cōstat detecta. Hæc. n. sursū versus ptrudīt nō vt cæteræ in terrā ampliari solita est. Liothalassia quā Thraciā vocāt validissima aduersus frigora tradīt. Boeotia dulcissima est, & figura rotūda nec vt Cleonæa plōga. Quib<sup>9</sup> folia læuia dulciores suauioresq; sunt, quib<sup>9</sup> autē scabra acriores. Gen<sup>9</sup> præterea reddīt qd̄ folijs erucæ simile cōstet. Hactenus Theophrastus. ex cuius verbis posset quis nō absurde conijcere verba illa. & qd̄ p̄se viride dixerūt. nō esse detrahēda. sed corrigēda poti<sup>9</sup>, vt ad exēplar Theophrasti legat, & qd̄ p̄simile erucæ dixerūt. vt subintelligamus verbū folijs, aut poti<sup>9</sup> ommissa sit ea vox incuria librarij. ¶ Quorū tenuiora folia ipsi quoq; dulciores. Nō tenuiora in codice vetere sed tenuia. Scribo. læuia. ex theophr. vij. ca. iij. Quibus inqt folia læuia, dulciores suauiores que sunt. Quib<sup>9</sup> autē scabra acriores. ¶ Crispi atq; leuis & tertiū syluestre. Scribe læuis cū diphthōgo. æ. Theophrast<sup>9</sup> leiō. ¶ Ad eliciēdas aluos. ciēdas scribēdū reor, vsitatioe dicēdi mō apud Pliniū & oēs medicos. ¶ Hæc vitia nō cadūt nisi in crispa folia. Particulā. nisi. superfluere arbitror ex Theophrasto. In totū inqt crispa succi bonitate & folij amplitudine læui p̄stātior est. ¶ Propter olei fertilitatē. cōuerso ordine. olei p̄pter fertilitatē in archetypo nostro. ¶ Quē in hospitio legatis aurū repudiaturo afferētib<sup>9</sup>. In eodē nō. in hospitio. sed hospitū habetur. vt legēdū videat alterutro mō. aut hostium, aut samnitū. Nota est historia. ¶ Staphylin<sup>9</sup> græce dī. Desiderant hæc verba in eodē. ¶ Alterū seri<sup>9</sup> radice vel semine. Alterū seri<sup>9</sup> græciæ radice. c. in eodē. ¶ Et hæc autē seri<sup>9</sup> & siser. Verbū. seri<sup>9</sup>. supfluit, ex eodē. ¶ Nulla ve min<sup>9</sup> quā ternorū pedū. Scribo. Inula ne min<sup>9</sup> quā ternorū pedū. tū ex citato exēplari, tū ex Colu. lib. xj. ca. iij. Pastinaca, siser, atq; inula cōualescūt alte pastinato & loco stercoreato, sed quā rarissime ponēda sunt vt maiora capiāt incremēta. Inu

Loc<sup>9</sup> insignis.

## EX LIBRO

lá vero interuallo triū pedū feri cōuenit, qm̄ vastos facit frutices. Astipulat̄ ēt Palladi⁹ lib. iij. titu. xxv. ¶ Genera gr̄aci h̄ac fecere. Buluinē, Setaniō, Pythiō Acrocoriō, ægila-  
lopa. De Setanio in hoc intellectu nihil comperi. Cætera sic lego. Bolbinē, Opitiona,  
leucoiō, Cyica ex Theophr. lib. vij. ca. xij. ¶ Est inter ḡna qd̄ in ægypto, c̄. Deest cōiū-  
ctio, et. Est inter ḡna & qd̄ in ægypto, ex codice antiquo. ¶ EX CA. vi. Syluestri mi-  
nores, tumidæ. Syluestri minor & humida. in eodē recte. Theophr. li. vij. ca. ij. omniū  
maxime vni stirpē rumicē esse putaueris. Laterales. n. crassas nullas penitus agit sed tm̄  
ptenues. Nitif̄ altissima omniū radice, maiore nāq; semipedib⁹ ternis. Syluestris bre-  
uiorē agit. Multicaulis atq; ramosus cōsistit, & tota forma cū p̄fecta est betæ p̄xima sa-  
ne cernit̄. Diuturnitate quoq; syluestre & in totū vt dicta loquar oia olera vincit. Per-  
durat quantū vis tēporis vt aiūt, carne plena atq; humecta cōsistit. Qua de causa effos-  
sa, diu viuere pōt. H̄ac Theophrast⁹. Porro distincte pliniana verba legēda cēseo, vt  
duo illa verba Syluestri minor parētheseos nota claudant̄, & omnino legat̄ sic, vt quæ  
descendat ad tria cubita (syluestri minor) & humida effossa quoq; diu viuere potest.  
¶ Omnibus corp⁹ tutū pinguitudinis earū cartilagine. Vetus lectio totū legit nō tu-  
tū. Scribendū in vniuersum puto sic. Omnib⁹ corpus totū pene tunicarū cartilagine.  
¶ Etenim velut steriles sunt ab radice. Steriles cū nō steriles sunt in eadē. ¶ Samo. n.  
& sardibus cādidiſsimæ. amisso in eadē nō Samo. Substituo pro amisso apud issū ex  
Theophr. lib. vij. cap. iij. Differūt inquit & colore nōnullæ, etenim apud issum cætera  
qd̄ cādidiſ similes cōstāt sed colore cādidiæ admodū proueniūt sardianisq; similiter fe-  
re affirmāt. Est autem issus, vrbs nemini ignota, in Cilicia, clara victoria Alexandri  
aduersus Dariū. ¶ Gallica. Tusculana. Amiternina. Scribe. Gallica, Tusculana, Asca-  
lonia, Amiternina, ex vetusto codice. Astipulat̄ ēt Theophrasto. ¶ Cū sectiuo nuper  
auctoritatē dederit princeps Nero. cū sectiuo auctoritatē nup fecerit princeps Nero. in  
eodē. ¶ Mox orchizæ atq; ariczæ. mox ostizæ atq; ariczæ. in eodē. ¶ Alterū genus suauio-  
ris folij. in eodē nō suauioris sed fauidioris. vt scribendū fortasse sit validioris q̄a præ-  
cessit statim ate, herbaceū foliū. ¶ Vlpicū quoq; in hoc genere gr̄aci appellauere alliū  
cypriū, Alij antiscorodō. Scribo. Aphroscorodō nō antiscorodō hoc ē. alliū africanū.  
vnde & alio nomine appellatū esse punicū Columella docet lib. xi. capi. iij. Vlpicū inq̄  
quidam alliū punicū vocāt. gr̄aci aphroscorodō appellāt lōge maioris est incremētū.  
¶ Tritū in oleo & aceto mirū quantū increſcat spuma. Verba illa, in oleo & aceto, fal-  
ſo inserta vident̄ ex Theophr. lib. vij. ca. iij. his verbis. Cypriū vocatū maxime tale est.  
quod nō decoquūt, sed in myttotis vtunt̄. & cū tundiſ mirū quantū spuma increſcat.  
¶ Sed intorqueri caput sationis gratia, satus non sationis, in codice antiquo vt mox  
paulo, melioraq; vsui sed satus sterilia. ¶ Capita intingēda sunt. & hic rursus, vnguen-  
da, nō intingēda, antiquū præfert exēplar. ¶ Et si paulū cōmorauere sopitæ, cōmoue-  
re nō cōmorauere in eodē. ¶ EX CA. vij. Blitū, napus, eruca. Legendū v̄ radix, non  
napus. Theophr. lib. vij. ca. j. Omnia pari tēpore nequaquā pueniunt. sed alia celerius,  
alia serius quæ. s. p̄uentu contumaciōra cōsistunt. Celerrime ocimū, blitum, Eruca, &  
de hibernis radix. die nāq; vt ita loquar tertio erūpit. Ex his Theophrasti verbis liq̄t,  
alio ordine pliniana esse disponēda. Celerrime ocimū, blitū, eruca, radix. ¶ Cortice ob-  
ducta bliti, betæ, Scribe obductū nō obducta ex vetusto exēplari. ¶ Nihil ocimo fœ-  
cundius. cū maledictis ac p̄bris serēdū præcipiūt. Legēdū proculdubio nō ocimo sed  
cumino. Theophr. lib. vij. ca. iij. Omnia seminis germinisq; large fœcunda, sed fœcū-  
dissimū omniū cuminū est. Peculiare ēt qd̄ de hoc dicunt. Imprecari nāq; & maledice-  
re serēdo oportere affirmāt, quo lætius copiosiusq; proueniat, repetit idē lib. ix. ¶ Et cu-  
minū qui serūt p̄cant̄ ne exeat. Sicuti statim ante ocimo legebat̄ vbi cumino scribēdū  
erat,

Vide lo-  
cum.

Verbum  
quod de  
erat resti-  
tutum.

Correc-  
tio egre-  
gia.

Castiga-  
tio exi-  
mia.

erat, ita hic cōtraria rōne ocimū scribendū fuit, vbi cutminū positū est. Sciēdū autē verba quæ statim p̄cedūt, post ea quæ posui locāda esse, nō ante, hoc mō, & ocimū q̄ ferūt p̄cant ne exeat. Sato pauit terra. Colu. lib. xj. ca. iij. Fere ēt his dieb⁹ ocima ferunt, quorū cū semē obrutū est diligēter iculcaī pauicula vel cylindro. Nā si terrā suspensā relin-  
 quas plerūq; corrūpit. & in carmine de hortorū cultura. Tū quoq; p̄scisso riguoq; insperfa nouali ocima cōprimite & grauib⁹ dēfate cylindris, exurat fata ne resoluti pulueris æstus. ¶ Cū puenit ad palmi altitudinē. cū puenit ad palmū altitudinis, vet⁹ exēplar. ¶ Et si quorū radicē omni ferorū relinquūt. In alijs exēplarib⁹. & si quorū radicē minimi florū relinquūt. Scribēdū. & si quorū radices, minime caules relinquunt. Theophrast⁹ lib. vij. ca. ij. Radice nasci ēt ea possunt quorū radices plus tēporis durāt, quā quā ānuo cōstēt caule. ¶ Fruticāt alia & nō capite. melior lectio. Fruticāt alia & nō capitata. Theophr. eodē lib. & ca. quædā ēt nō capitata verū diuīnora germinare posse cerantur, vt apiū, beta. ¶ Exceptis quæ nō scabrū caulē habēt. Legēdū reor crebrū nō scabrū. ex Theophrasto eodē loco. Theodor⁹ secaulia vertit quæ theophrast⁹ apocaula appellauit. ¶ EX CA. viij. Helioselinū vocat. ¶ L ego heleoselinū hoc est apiū palustre seu paludapiū ex Dioscor. lib. iij. & Theophr. vij. & omnib⁹. ¶ Vno folio nec hirsutū. Scribo raro folio, nec hirsuto. Theophr. vij. lib. ca. vi. heleoselinō. n. qd' apud aquæduct⁹ & in paludib⁹ puenit folio raro nec hirsuto cōsistit. ¶ Rursus in siccis hipposelinū plurib⁹ folijs simile helioselino. Verbū. plurib⁹ adiectitiū puto Theophr. lib. antedictō. Hipposelinū folijs vicinū heleoselino est. ¶ Purpureas, crispas, cappadocas, Scribendū. cappadocias. nō cappadocas. Tū ex codice antiquo, tū ex Colu. lib. xj. ca. iij. At Cappadocia quæ pallido & pexo dēsoq; folio viret mēse februario. c. Corrigēda non multo post eadē mēda. ¶ Et ideo lactucæ nomē adeptæ. In eodē exēplari. & iō nomē lactucis adiectæ. Scribendū forte. & inde cognomē a lacte eis inditū. ¶ Prudētia Musæ medici cū p̄ores eā ob religionē minime cōmāducarēt. In eodē prudētia musæ medici indicatiū p̄oris cameli religio minime omnē caret. Legendū arbitror prudētia musæ medici sui cū p̄ores eā medici minime cōmēdarēt. reliq; supfluere puto. ¶ Hiemis impatiētiores. Immo Scribēdū. hiemis patiētiores. Columella in p̄sa hortorū eadē rō intubi nisi qd' hiemē magis sustinet. Ideoq; vel frigidis regionib⁹ p̄mo autūno feri potest. ¶ Cādoris sane discrimine p̄ferentes & lactucæ. Legēdū v̄t vt lactucæ. qd' patet ex paulo ante dictis. & recētiora ēt exēplaria sic p̄ferūt. ¶ Vernū & autūnale a tēporib⁹ fatiuis. Scribo. vernū & autūnale a tēporib⁹ fatuq; ex vetere codice. & mox paulo p̄. pādūt. expandūt in eodem leges. ¶ Cādidi solui aluos. cādidi aluū elici in eodē. ¶ Modice nigris inhiberi. immo legēdū. immo dice. Dioscor. lib. ij. Duplex betæ gen⁹ est. nigra altera quæ cū lēte cocta aluū efficacissime cōpescit, multoq; magis radix. Cādida alta est quæ bonā facit aluū. ¶ Si terrā fugiētes cauliculos feces. in scripto exēplari nō feces habēs sed seq̄ris. ¶ Folio numerosi⁹ q̄ tenui⁹. folio numerosi⁹ qm̄ tenui⁹ in eodē. ¶ Hoc vtilissimū existimat. Inutilissimū in eodē. nō vtilissimū. & paulo infra in orbē correcti, nō porrecti. ¶ Nūquā plātæ habitū excellētib⁹. In alijs exēplarib⁹. nō nūquā. ¶ Viridib⁹ adseruatis. viridis adseruari, in scripta lectione. ¶ Statim defecti ne humū atinguāt in cados olei quā p̄xime siccatos obturatosq; cōdunt. Desiderat particula. si. & defecta nō defecti in scripto codice. legi. & opitulatos nō nō obturatos. L ego igi. si statim defecta ita ne humū atinguāt in cados olei quā p̄xime siccatos opculatosq; cōdunt. ¶ Nitro ve trito qd' trib⁹ digitis capiat. nitri ve triti qd' trib⁹. c. ex eodē recti⁹. ¶ Omnium hortēsiorū lautissima. Legēdū. hortēsium nō hortēsiorū vt p̄monuimus. In scripto tñ codice. Omnium in hortis rerū legi. & paulo post hortēse nō hortēsium scriberē. ¶ Tēpore ip̄o fastigat⁹. Verbū. ip̄o. redūdat ex eodē. ¶ Grana bina aut t̄na paxyllo dimitti,

Verba in  
uerfa in  
debitū or  
dinem re  
posita.

## EX LIBRO

rectius in eodē paxillo demitti, suffragantibus etiam Catonis ipsius verbis capite. clx.  
 ¶ Ac post annos nouem, prima dictio superfluit ex eodē. ¶ Ouillo fimo nominatim  
 uti, quoniā aliud herbasceret. Scribo quoniā aliud herbas creet, ex ipso Catone capite  
 proxime citato. ¶ Eadē ocimo natura nisi quod difficili⁹ crescit. Hæc verba haud du-  
 bie ad alium locum pertinent, hic enim falso inserta disturbant interrumpuntq; rutæ  
 tractatum. Sed considerandum cur dicat difficilius ocimum crescere, quod est contra  
 Theophrastū septimo de historia plantarū capite primo his verbis. Omnia pari tem-  
 pore nequaquā proueniunt, Sed alia celerius alia ferius, celerrime ocimum, blitū, eru-  
 ca, nisi quis dicat aliud esse crescere, aliud nasci & erūpere e terra. Nunquid legendum  
 hic non crescit sed arescit vt vetus codex & alia nonnulla habent exemplaria ex eodem  
 Theophrasto eodē libro septimo capite tertio, sic scribēte, difficile vt ita loquar omnia  
 exsiccantur, cumino excepto. Nec modo frumenti consistunt, quod cū primū in ple-  
 num creuerit, mox exsiccatur & decidit. Sed quæ cortice continentur difficilius exicā-  
 tur, & inter ea maxime ocimū. ¶ Non sine difficultate prouenientibus. Scribo non si-  
 ne difficultate pruritus seu pruriginis tū ex vetere codice, tū ex Columella libro. xj. in  
 prosa hortorū. Sed velata manu debet runcari, quā nisi contexeris pernitiōsa nascun-  
 tur vlcera. Si tamen per ignorantia nuda manu runcaueris, & prurigo atq; tumor in-  
 cesserit, oleo subinde perungito. ¶ Honos ipsi in Achaia. Verbū. ipsi, non habetur in  
 eodē. ¶ Minus hæc humido gaudet. Aestimandum an legendum hic sit non, minus,  
 sed nimis, ex dioscoride prodente mentam dulcem desiderare vliginem, & paulo ante.  
 ¶ Durata runcatur non sine difficultate. Scribo, delata, non durata. Columella lib. xj.  
 capite. iij. Rutā autūno semine satā, mense martio deferre oportet in apicū, & cinere  
 aggerare runcariq; donec conualescat ne herbis enecetur. Sed velata manu debet rū-  
 cari, quā nisi contexeris pernitiōsa nascuntur vlcera. ¶ Hippofelinū græci vocant, alij  
 Smyrneū. In scripto exēplari. Zmyrniū nō Smyrneū, notanda orthographia pro grā-  
 maticis. ¶ Folijs laurinis sed mollibus, folijs lauri sed mollius in eodē. ¶ Vfusq; eius  
 non sine lacte. Deme particulā. q; ¶ Sicut in Thracia vbi aquæ deferunt ex his auulsos  
 ramos. Verbū. aquæ. superfluit vt opinor. Locus. n. est e theophrasto tralatus lib. vij.  
 capite vltimo, sed pessime a librarijs deprauat⁹. L ego igitur sic. Serpyllo mōtes lociq;  
 scatent sicut in Thracia. Alibi deferūt ex his auulsos ramos, feruntq; vt in Sicyone ex  
 suis mōtibus & athenis ex hymetto. Theophrasti verba sunt. Serpylli etenim syluestre  
 genus est, qd' deferētes ex mōtibus ferūt, vt apud Sicyonē fieri solet, atq; et athenis ex  
 mōte hymetto apud alios vero vt in Thracia mōtes & plana oīa serpyllo scatēt. ¶ EX  
 CA. ix. quo dēfior est eo tenerior, tenuior non tenerior antiquū exēplar. ¶ EX CA. x.  
 Alias puatim cymini morb⁹ scabies. Scribo. Ali⁹ nō Alias, ex eodē. ¶ Quo si omisso  
 iā natæ sint. Lege. Quo si omisso enatæ sint, ex eodē. ¶ In totū vero nec erucas. Scri-  
 be, in totū vero necat vrucas, ex eodē, æstimāda nomēclatura, semp. n. in illo, vruca. nō  
 eruca. ¶ Sūt q; sanguineis virgis tagāt, Cōsidera an sit cōmodi⁹ legi salignis quā san-  
 guineis. ¶ EX CAP. xj. Nā qd' ad permutationē seminū attinet. Scribendū puto per  
 durationē, nō permutationē. De duratione. n. seminū hic agit nō permutatione. ¶ Et  
 æstiuā omnia hybernis magis durāt, aut tollēdū est verbū, durāt, tanquā adulterinū,  
 aut legēdū minus durāt, vnde statim subiūgit minime aut Gethyū. Theophr. lib. vij.  
 ca. vj. infirmiora vero gethyū, id. n. durare neqt, a triplex, ocimū, cucurbita, Cucumis.  
 In plenū æstiuā magis quā hiberna. Aut igit loc⁹ mēdos⁹ est & vt dixim⁹ castigādus,  
 aut Plini⁹ alit theophrasti verba accepit atq; ego itelligēda puto. ¶ Cunilis & vltra tē-  
 pestiuā sūt. Scribo culinis nō cunilis ex Theoph. li. vij. c. vj. Nullū inqt vltra qdrimatū  
 durare pōt, ita, s. vt ad sementē vtile sit, sed bima sane meliora, Trima nihil fere deterio-

Pulchra  
correctio

Loc⁹ lepi  
de casti⁹  
gatus.

ra. Quadrima iá deteriora, verú ad vsu cibariú diutius permanet. ¶ Minus utilis e stagno, & quas elices inducút qm herbarú semina inuehút. Cóntra Theophr. libro. vij. cap. v. Aquarú optimæ quæ dulces & frigidæ sunt. Pessimæ quæ salæ & rarefactu difficiles notant. Ob id quæ ductu ferunt perutiles, herbarú. n. semina inuehút. Legit nímirú apud Theophrastú Plinius achresta hoc est inutiles, nó euchresta idest vtilis vt vulgata núc habet exéplaria. Quá recte, alij decernát. ¶ EX CAP. xij. His horæ rigá di matutina atq; vespera. Lego matutino nó matutina ex codice vetusto. ¶ Et circulis tm aquæ. Locus est vitiatissimus. Sed ni fallor minus vitiose legeť. vt ciceris tm custi. Theophr. lib. de causis pláta. vj. Sút quorú summá parté dūtaxat falsugo quædá obducit vt cicer. ¶ Murrha myrrhæ. Scribo Smyrniú Myrrhæ, vt liquet ex sequentibus. Item dioscoride, & Plinio alibi, & omnibus.

An plini<sup>9</sup> deceptus sit.

¶ EX LIBRO. XX. EX Procemio.



¶ QVOD græci sympathiá appellauere. Omissæ sunt hic euidenter a librarijs duæ dictiones. Legédúq; qd græci sympathiam & antipathiá appellauere. Ná præter quâ qd sequit statim, quibus cūcta constat, Plinius ipse satis ostēdit ita esse lib. xxxvij. capi. iij. de discordia inquit rerú cōcordia que, quâ antipathiá ac sympathiá appellauere græci, nó aliter clarius intelligi pōt. ¶ Aquá sole deuoráte Melius in exéplari antiquo. aquas. nūero multorú. præcessit. n. aquis restinguētibus. Porro duo quæ sequuntur verba. luna pariēte. non duco Pliniana. ¶ Et alio rursus abigēte a sese. Puto legendú sine cōuinctione. alio rurs<sup>9</sup> a sese abigēte, vt pronomina & participia pari loco posita mutuo sibi respondeant, serueturq; ratio schematis homo eoteleuto. ¶ Adamátē opū gaudiú infragilé omni cætera vi inuictú. Scribédú reor. Adamantē omni cætera vi inuictum. reliqua falso inserta puto. Codex autē antiquus Adamáta agnoscit non Adamantē. ¶ Paria vel maiora mira. miratú nó mira in eodé habet. ¶ Tantú venia sit a minimis sed a salutaribus ordiemur. cōmodius legeť. Tantú venia si a minimis. ¶ EX CAP. j. ita vt protinus ab exitu rapiat extra domú. Scribo enixu nó exitu. ex apographo scripto. ¶ Et semine & elaterio. & ad purgandú vterú aluoscq;. Scribe. et semine et elaterio, & ad purgandú vtroq; aluú ex eodé. ¶ EX CAP. ij. Quo decocto sparsa mures de eius medicina nó attingút. Verba illa. de eius medicina. delēda ex eodé. ¶ Multi eadé oia satiuus attribuūt. Magnú ē in eis momentú. Scribédú. Multi eadé oia satiuus attribuūt, magni ē sine his momēti. ex eodé. ¶ Itē millepedæ, sepa græci vocant. multipedæ nó millepedæ idē præfert. ¶ EX CAPI. iij. Vtilior pallida quando eius sunt medicina. Deme postrema quattuor verba, ex eodé. ¶ Sic tussieti infundit obolis. iij. lōge diuersa antiqua lectio. Sic tutissimo infunduntur oboli. iij. ¶ Prodest & stomacho farinæ aridæ pillulis. Adde. ex præpositionē. ex farinæ aridæ pillulis. ex eodé. ¶ Febribus sanare dicunt quæ græci periodicas vocat. mederi nó sanare in eodé. ¶ Et ignes sacros destrigmētis vel his impositis, vel seminibus. Cōmuta ordinē verború. & ignes sacros vel his destrigmētis impositis vel seminibus. ex eodé. ¶ Itē frigus pellit e pedibus aqua decoctú. Et ius feruēs podagris ē frigidis medct. Quinq; prima verba superioribus agglutina. Reliqua sic legito. Aqua decocti eius feruens podagris. ¶ Democritus in totum abdicauit in cibis. Scribe Democritus in totum abdicauit ea a cibis. ex eodem. ¶ EX CAPI. iij. tostum tritum in aqua calida. in fere particulá. q;. tritú tostúq; in aqua calida ex eodem. ¶ Pituitá extenuat, vrinā concitat. Est & satiuus vsus in Italia & armoraciá vocant satiuá. Antiqua lectio. pituitam extenuant, vrinam concitant. Cætero æstiuosus in italia armoraciam vocant. Scribo Cætero æstiuosus ipse, Italia armoraciá vocat. Dioscorides lib. ij.

Duæ dictiones omissæ librariorú incuria restitute.



## EX LIBRO

Agrestis vero raphan<sup>9</sup> quā Romani armoraciā vocāt folia satiuæ similia hēt multo-  
 q̄ magis lapsanæ. Radicē hēt gracilē, mollē, sapore acri. Coquūtur oleorū mō folia &  
 radix in cibos. Estq̄ illi calefaciendi & vrinam ciendi vis. veruntamē ipsa æstuosa est.  
 ¶ Liuori vero recenti corticem cum melle. aliter in eadem. liniri vero recēti cum melle.  
 ¶ Cætero & scorpionibus aduersatur. In eadem. Cæteras eis scorpionibus aduersat.  
 Scribo Ceraftis & scorpionibus aduersatur. ex Dioscoride libro. ij. & contra Cera-  
 stæ inquit morsus cū vino vtiliter bibitur. ¶ Plistonicus & colicis. coeliacis non colicis  
 in eadē. ¶ Et aliq̄ plistolochiā. legēdū arbitror vel postposita cōiunctione. Aliq̄ & pli-  
 stolochiā, vel sine illa. Aliq̄ plistolochiā. ¶ Quidā ad hūc vsum auro effodiēdā cēsēt.  
 antiquus codex. Quidā ad hūc vsum aurora effodiēdū cēsēt. ¶ EX CA. vi. sangui-  
 nē vero excreatib<sup>9</sup> & phtisicis distillationib<sup>9</sup> lōgis. Dele cōiunctionē & ex eodē. ¶ Et  
 sine alia mixtura dari iubet, Dele rurs<sup>9</sup> illd' verbū. alia. ex eodē. ¶ Pulmōis & arteriæ sa-  
 nat vitia. recti<sup>9</sup> in eodē pulmonis & arteriarū sanat vitia. Nā canalē illū qui gulæ cōiū-  
 ctus est quoq̄ meat spiritus & Cicero in libris ad Herēniū & præter Ciceronē alijs, ar-  
 terias numero multorū libētius quā nūero vnitatis appellāt. ¶ Datū in sorbitione pti-  
 sanæ. Postremū verbū nō habet in eodē. ¶ Vel si purulēta excreēt, pura nō purulēta in  
 eodē. ¶ Aluū sistit & inflationes veteres. in eodē. aluū sistit effluctiōes veteres. castigo.  
 aluū sistit & fluctiōes veteres. ex Plinio alias vtēte sæpe ea dictione. ¶ Vel si in vesic-  
 cas intumuerint. lege p̄postero ordine. vel in vesiccas si intumuerint. ex eodē. ¶ Phthiri-  
 ases & prurigines potū. porrigines non prurigines in eodē. ¶ Tusum itē cū aceto & ni-  
 tro. Itē infusum cū aceto & nitro, in eodē. ¶ Tenasmo in pulte medef. Scribo Tenesimo  
 nō Tenasmo tū ex archetypo nostro, tū ēt ex Galeno in diffinitionibus si legitima est  
 foetura & Isagoge. Itē ex Paulo tertio & Dioscoride sæpe, omnibusq̄ gregatim medi-  
 cis, ne citādo tūdā. Dici vero pōt & Tenesmos & Tinesmos a verbo græco teinesthæ.  
 hoc est intēdi. Paul<sup>9</sup> lib. citato elegāter vt oīa hūc morbū diffinit his verbis. Tenesmus  
 est cōtinua & implacabilis desidēdi cupiditas, qua nihil p̄ter modica cruēta vel muco-  
 sa egerit. ¶ Aut sanguis ēt excreēt vel purulēta. nō purulēta sed pura in eodē. vt supra ēt  
 notatū est. ¶ Etiā harūdines cū pice. Scribo hirudines hoc est sanguisuggas nō harū-  
 dines ex eodē. ¶ EX CA. vii. Caule & folijs cōtusis. Adde verbū vero. Caule vero &  
 folijs cōtusis. ex eodē. ¶ Eadē trita ex aceto colluta. In eodē cōlota nō colluta. ¶ Alterū  
 est gen<sup>9</sup> quod græci esopō vocāt. Alterū gen<sup>9</sup> est quod græci sepason vocāt. idē p̄fert.  
 ¶ Quarto infectores lanarū vt unq̄d' glastū vocant. tria vltima verba ociosa sunt, nec  
 in vetusto exēplari habent. ¶ Nisi q̄ plura hēt & nigriora. Elegātius in eodē. nisi plu-  
 ra hēret & nigriora. Elegātius in eodē. nisi piura hēret & nigriora. ¶ Sanat oīa oculo-  
 rū vitia cū lacte mulierū. Arcet nubeculas cicatrices. c. In eodem nō Arcet nubeculas ha-  
 beēt, sed Arcet manubeculas. Scribo Sanat oīa oculorū vitia cū lacte mulierū. Arge-  
 ma, nubeculas, cicatrices. c. ¶ Peculiares earū vires p̄tim iā dictæ sunt. In eodē. peculia-  
 res earū effect<sup>9</sup>. Cætera supfluūt. ¶ Nō pauca restāt. pauci in eodē nō pauca, vt referat  
 effectus. ¶ Cruditatē ipsæ nequaquā faciūt. Cruditates ipsæ nūquam faciūt. in eodē.  
 ¶ Semine trito ex vino potō & libidinū imaginationes in somno cōpesci. potū nō po-  
 tō, & cibo nō sōno, in eodē. ¶ EX CAPI. viii. Albæ succus epiphoras sedat. Alba epi-  
 phoras sedat in eodē. ¶ Validi<sup>9</sup> cocta fluctuationes stomachi sistit. L ego fluctiōes  
 ex eodē nō fluctuationes. frequēs est vt dixi apud pliniū verbū hoc. ¶ Guttatiā astrin-  
 gūt. Scribo. gustatiū os astringunt ex eodē. ¶ Ambugiā appellauere. ambubulā idem  
 exemplar agnoscit, non ambugiam Cornelius Celsus ambubeiam vocat. Quidam &  
 in eo in Plinio ambuleiam legendū cēsēt, quod ea vox congruat cū erratico intubo.  
 ¶ Mulierū quidē decoctū purgationibus. p̄postera lectio. Scribe. Mulierū quidē pur-

Nota loz  
cum.

Tenes-  
mos seu  
tines-  
mos, nō  
renas-  
mos.

Egregia  
castigat-  
io.

gationibus decoctū. ex eodē. ¶ Quidē ppter singularē salubritatē. L ege. Qñquidē ppter. c. ex eodē. ¶ Et syluestre genus alij hedyphno id appellāt. Scribo. Est & syluestre genus alterū, Hedyphnoida vocāt ex eodē. Nā indicatū est alterū genus betæ syluestris quā limoniō dicūt, & sequit̄ paulo infra. Rupta & cōuulsa vtroq; genere iuuātur ¶ Vtraq; tñ stomacho vtilissimæ. L ege. Vtraq; tñ amara. Stomacho vtilissimæ. ex eodē. cōfirmāte ēt antiquā lectionē dioscor. ij. lib. ¶ Petroni⁹ Diodotus q antilegomena scripsit. Rectior antiqua lectio anthologomena hoc est florilegia. Posset ēt nō minus bene legi anthologumena. ¶ EX CA. ix & Dieuches. & Diocles in eadē. Pōt autē vtroq; mō legi vt pater ex Elencho. ¶ Morbisq; articularijs illini. L ege articularijs non articularijs. ex eadē. ¶ Quæq; discuti opus sit. quosq; discuti opus sit. in eadē habet. ¶ Itē ad tenasmō & renū causas. Legendū tenesmon seu tinesmō vt supra monuimus. sempq; id vitiū ita castigādū, ne sit necessariū eadē toties inculcare. ¶ Chrysippus auctor est. Et alij vero. Dictio. vero. expūgēda, & cōiunctionē. Et. cū minore littera scriptā adiūge pcedētibus ex codice antiquo. ¶ Folia cocta spleneticis in cibo data. splenicis nō spleneticis & hic & alias semp in eodē legit. ¶ Viriū brassicæ vnū & magnū argumentū addemus & mirabile. crustæ si occupēt intus vasa omnia. Locus est corruptissimus, quē si nō emēdauero, suggerā tñ alijs emēdādi materiam. In antiquo exēplari ad hūc modū legit. Viriū brassicæ vnū & magnū argumētū addemus. a mirabile crustæ occupāt intus vasa omnia. Legendū fortasse, nō a mirabile, sed Ab atrabile. ¶ Scilla quæ cadissima fuerit. c. Primū verbū desiderat̄ in eodē. ¶ Qd̄ reliquū e vino est. Legendū reor. qd̄ reliquū e medio est. vt non multo post. Tosta quoq; purgat̄ & mediū eius iterū in aqua coquit. Vt quoq; suffragari dioscor. lib. ij. de Scylla agēs. Sumit̄ ex ea abiectis extimis cūctis ptibus qd̄ maxime intimū est. Sequit̄ statim. ¶ Cōsutū suspēdit̄ lino. Antiquus codex nō cōsutū hēt, sed consecutū. Scribo cōsectū. Tum quia sequitur statim. Postea arida frustra, Tum ex Dioscoride. Siccatur inquit in vmbra etiā in taleolas secta Scylla. Tū funiculo traiecta sic ne taleolæ inuicē se tangant p interualla suspenditur. ¶ Pythagoras Scyllā in limine quoq; ianuxæ suspensam malorū medicamentorū introitū pellere tradit. Aliter in eodē & si eodē sensu. Pythagoras Scyllā quoq; in limine ianuxæ suspensam cōtra malorū. cætera. Hæc lectio si recipitur scribendū erit in fine clausulæ non pellere sed pollere. Nihilominus existimo locū esse corrosum truncatūq; omissis aliquot verbis, atq; adeo alijs inuersis. Apponam verba Theophrasti vnde hausit plinius. Deinde aperiā sententiā meā. Is igitur auctor lib. vij. capite. xij. ita scribit. Omnia igitur capitata radice viuacia maiore in modū sentiunt, sed præcipue Scylla, vt pote quæ suspēsa viuere possit & quidē plurimū tēporis. Potest etiā fructus recondendos seruare, vt poma punica detractō pediculo, & satorū nōnulla celerius apud eā germinant. Traditur & ante portas satā remedio esse contra veneficiorū noxā. Ex his theophrasti verbis apparet aliquot in Plinio verba deesse. Lacunosem igitur locum ad hunc modū fortasse restituemus. Pythagoras Scyllā suspensam diu viuere. In limine quoq; ianuxæ satā contra malorū medicamentorū introitū polle-  
re tradit. Nec me mouet citari a Plinio Pythagorā non Theophrastū, potuit. n. idē ab  
vtroq; prodi. ¶ Cæterū bulbi ex aceto & sulfure vulneribus in facie medētur. Scribo. Cæterū bulbi ex aceto & sulfure vlcērib⁹ in facie medent̄. ex vetusto exēplari. ¶ Acq; vitia quæ sunt in facie. Prima dictio nō habet̄ in eodē. ¶ EX CA. x. Vtilissimus stomacho cibus asparagi. Inter vtilissimos stomacho cibos asparagi. in eodē. ¶ Asparago trito cū oleo perunctū. Scribo. Asparago trito ex oleo perunctū. ex eodē. ¶ Syluestre asparagū aliq; corrudā, aliqui libicū. Duo illa verba. aliqui corrudā, nō habentur in eodē. ¶ Ad idē & semē valet cū anetho ternis vtrūq; obolis. Scribo. Idē & semē valet cū ane-

Lacunose  
fuit locus  
refartus.

## EX LIBRO

tho, ternis vtriusq; obolis, ex eodē. ¶ EX CA. xi. L argis portionib<sup>9</sup> per iura innatāt, actis portionibus per rura innatāt, in eodē. ¶ Mēstrua ac secūdos partus. Scribo, & mēstrua ac secūdas part<sup>9</sup>, ex eodē. ¶ Cū oui albo illitū, cū vino albo illitū in eodē, quā lectionē cōfirmāt verba quæ paulo infra sequunt<sup>r</sup>. Semē dat<sup>r</sup> & arquatis ex vino albo. ¶ Poto semine torminibus iuteraneis medetur, potatum non Poto, in eodem, vt cum minore litera scriptum adiungatur superioribus. ¶ Radix eius in vino decocta, radix in vino cocta, in eodem, cætera superfluunt, & paulo post particula, eius, redundat. Legendūq; succus algentes calefacit potus. ¶ Palmum alto frutice. Dicitio palmum non habetur in eodem. ¶ EX CAP. xij, præualere contra serpentes potum & litum, potu & linitu in eodē. ¶ Cómáducatū & in sole positū vermes afferre. Afri vero si eodie, c. Scribo cómáducatū & in sole positū vermes. Affirmant vero si eodie, c. ex eodē. ¶ Nec min<sup>9</sup> quā mētā & rutā, Castigo, nec cuiquā mētē emotā, ex eodē, memoranda correctione, vt negari nō queat locū hūc ex postremis orci penetralib<sup>9</sup> vitæ redditum, Chrysipp<sup>9</sup> affirmauerat ocymum insanīā facere. Secuta ætas acri<sup>9</sup> resistēs negauit vsu eius cuiquā mētē emotā, hoc est alienatā vt cap. sequēte, cōmotas mentes sedat ex aceto sumptū. ¶ Addito aceto exiguo, festiui<sup>9</sup> ac magis ex nitore Pliniano, addito aceti exiguo, ex eodē. ¶ Inflationes & ructū ex aceto dissoluere sumptū. Aluū sistere impositū, vrinā ciere. Lego, Inflationes ructu dissoluere. Ex aceto sumptū aluū sistere, Impositū vrinā ciere, ex eodē. ¶ EX CA. xij, cōtraq; bestiarū morsus radix in vino est efficacissima. Cōtra bestiarū morsus e vino radice efficacissima, in eodē. ¶ Cū lomēto strumis illitū, c. Strumis cū lomēto illitū in eodē. ¶ Visum clarificat, Visum cōpurgat in eodem. ¶ Capitis dolores cōtrito & alopecias emēdari. In eodē capitis dolori cōtraire, alopecias emēdare. ¶ Succus exprimit<sup>r</sup> tusa ea & aspersa modice aqua. Verbū, ea, delēdū ex eodē. ¶ Succo vero perūctos, aut eā habētes negāt feriri ab his maleficijs, meli<sup>9</sup> in eodē. Succo perūctos, aut et habētes negāt feriri ab his maleficis, & paulo post potatā legitur nō potā, & sæpe alias sic. ¶ Epiphoras cū polēta imposito, Lenit autē capitis dolores. Scribo, Epiphoras cū polēta imposita lenit. Itē capitis dolores. ¶ Sic & sāguinē sistit interiorē & nariū indita. Desiderat<sup>r</sup> verbū tussim, & nariū indita tussim. Min<sup>9</sup> vero male legē cōmutatis verbis, deinde et correctis. Sic & sanguinē sistit nariū, & intra os indita tussim. ¶ Dederūt & cū bitumine infractā potioni, infratā nō infractā in archetypo nostro. ¶ Testiū vero epiphoris cū ramis laureæ teneris. Verbū, vero, delēdū, & lauri lege nō laureæ, ex eodē. ¶ EX CA. xij, differēs specie foliorū quasi figura ocymi. Scribo, differēs specie foliorū quæ sunt figura ocymi ex eodē. ¶ Itē aduers<sup>9</sup> scolopēdras ius decocti. Hæc verba nō habent<sup>r</sup> in eodē. ¶ Potū fceminas purgat a partu, sed partus necat<sup>r</sup>. Rurs<sup>9</sup> duo illa verba, a partu, supfluūt ex eodē. ¶ Orthopnoicis, torminibus, Cholericis, Lego ruptis cōuulsis, Orthopnoicis, torminibus, c. ex eodem. ¶ Syriatiō & vomicas, Syriationē in eodē nō Syriatiō. ¶ Voci succus sub certamine utilis dūtaxat. Lego, Voci succo utilis, sub certamine dūtaxat, ex eodē. ¶ Vlcera in capite infantū, capitibus in eodē nō cap. ¶ Ad recreādos defectos animo. Sēsus idē, diuersa tamen verba, ad recreandos defectus animi, in eodem. ¶ Dignior e pulegio corona vertigini quam cubiculis nostris e rosis pronunciata est. Varroni, non vertigini in eodem habetur. ¶ Est autem hæc flore purpureo. Detrahe pronomen, hæc, ex eodem. ¶ Sic & pectoris ac ventris dolorem. Duo illa verba, & ventris, non habentur in eodem, ¶ Stomachi autem ex aqua item rosiones, torsiones non rosiones in eodem, quo verbo & infra vtitur capite, xvij. Priuatio eius vsus contra torsiones stomachi. ¶ Intestinorum vitia melle decocta, c. Compluscule hic verba addenda ex eodem. Lege igitur, Aluū soluit ex sale & aceto & polenta, Intestinorū vitia melle decocta, c.

Memorā  
da corre  
ctio,

 p̄sā vocāt. & paulo ante. ¶ Et mēstruis foeminarū. mētib<sup>9</sup> habet̄ in eodē nō mēstruis.  
 ¶ Ambustis p̄dest cū exiguo melle. Sic & vulnerib<sup>9</sup>, & luxatis. Panis vero cū melle &  
 auenæ farina. Sic & infixa corpori extrahit in polēta trit<sup>9</sup> oleoq̄ cōtusus Diuers<sup>9</sup> verbo-  
 rū cōcept<sup>9</sup> in eodē. Ambustis p̄dest exiguo melle & auenæ farina. Sic & infixa corpori  
 extrahit in polēta. Sic & vulnerib<sup>9</sup> & luxatis. Panis vero cū melle trit<sup>9</sup> oleoq̄ cōtusus.  
 Medet̄. c̄. ¶ Ad emolliēdas duritias, calefaciēda quæ alserint. Adde verbū. eadē. ex eo-  
 dē. ad eadē, emolliēdas duritias, & calefaciēda quæ alserint. ¶ Aurib<sup>9</sup> est vtilissimus.  
 In eodē. Aurib<sup>9</sup> vtilissimū, sine verbo est. ¶ Violæ syluestres sunt & satiuæ. Purpureæ  
 refrigerāt. In eodē. Violæ syluestres & satiuæ purpureæ, refrigerāt. ¶ Oculorū p̄uatim  
 epiphoris. Verbum priuatim. redundat ex eodē. & paulo infra. mēses. non mēstrua, vt  
 supra notatum est. & statim post. minor uis est recentibus. Deme verbum. est. ¶ Mā-  
 mis tumētib<sup>9</sup>. Deest verbū. imponit̄. ex eodē. Imponit̄ mām̄is tumētib<sup>9</sup>. ¶ In tussi ve-  
 tere radices eius tres quattuor ve. rami quidē in eodē legit̄ nō radices. Sed Dioscorides  
 nos admonet imp̄ssā lectionē veriorē esse. ¶ EX CA. xx. crapulā nō sentiūt. ebrietati  
 eo resistūt. Illud. eo. nō habet̄ in eodē. Sequētia duo verba putam<sup>9</sup> ēt nō esse Pliniana,  
 sed expositionē p̄xime p̄cedētū. ¶ Ex eo quoq̄ exp̄ssio vnguēto crocino qd̄ croco ma-  
 gma appellāt. L ego fex quoq̄ exp̄ssi vnguēto crocino. c̄. ex eodē. cōfirmāte ēt eā lectio-  
 nē Dioscor. lib. j. ¶ Tinearū ve vitio laborātib<sup>9</sup>. Redūdāt hęc verba, si eidē exēplari fi-  
 dē habem<sup>9</sup>. ¶ Cū vino ad clauos vel verrucas. Terit̄ in vino ad clauos vel verrucas, in  
 eodē. ¶ Vitia quæ sanauerint. rebellauerint nō sanauerint in eodē. Credo tñ legēdū ef-  
 se debellauerint. ¶ Dignationis gr̄a gloriæq̄ auidos. expūgendū verbū. gr̄a. ex eodē.  
 ¶ Et epiphoris illinitur, cōiunctio, et. redūdāt ex eodem. ¶ Cū ruta syluestri & si terat̄  
 ex aqua

Locum  
nota.

Loc<sup>9</sup> pul-  
cher.

ex aqua coelesti. redundat rursus conuinctio. et ex eodem. ¶ Cum fece vero vini crema-  
 ta in polenta. scribe & polenta, non in polenta ex eodem. ¶ Si perungantur aluearia nō  
 fugient apes. alui non aluearia legit idem exemplar. ¶ Copia istius examina facillime  
 continentur. Scribe scopis eius examina. c. ex eodem. ¶ Contra ictus earum, vesparūq;  
 & araneorum. In eodem. contra ictus earum, vesparūq; & similia sicut araneorū.  
 ¶ Oculis medetur cum lacte aut cum lini semine. Scribe oculis medetur cum luteo oui  
 aut lini semine, tum ex eodem exemplari, tum ex dioscoride libro tertio ad verbū. ¶ EX  
 CAPITE. xxj. contra serpentium ictus & scorpionum. permuta ordinem verborum,  
 contra serpentium & scorpionum ictus ex eodem. ¶ Præterea celebratis auctoribus.  
 Deest præpositio. a. Præterea a celebratis auctoribus. ex eodem. ¶ Ergo non aliter quā  
 contra venena. c. Scribendum. Ego, non Ergo. ex eodem. ¶ Quamuis aluum sistunt.  
 qua vi aluum sistunt in eodem. ¶ Item si lateralis dolor sit. Scribo lateris. non lateralis,  
 ex eodem. ¶ Prodest & orthopnoicis & anhelationi. in eodem nō anhelationi sed ha-  
 lenatorijs vt legendum putem, anhelatoribus. ¶ Articularibus morbis & luxatis. arti-  
 cularijs non articularibus idem codex præfert. ¶ Prædicatum ab homero quod tristi-  
 tia omnis aboleatur. In eodē aboleretur rectius quam aboleatur. ¶ Hoc foeminam,  
 illud marem intelligi volumus. Hoc foeminam, Illud marem intelligentibus volunt,  
 idem legit. vt putem scribendum. Hoc marem, illud foeminam intelligi auctores vo-  
 lunt. ¶ Minor est eidem potō vis. Detrahe verbum est. ex eodem. c. ¶ EX CAPITE.  
 xxij. vnde & nomē accepit. accepere lego, non accepit ex eodem. ¶ Decocta oculorum  
 epiphoras. adde duo verba. & cicatrices. ex eodem. Decocta oculorum epiphoras & ci-  
 catrices. ¶ Postea alligari florem panno roseo. non roseo in eodem sed russeo legitur.  
 ¶ EX CAPITE. xxv. Heliochrysum quod alij chrysanthemum vocant. Dele verbū.  
 quod. ex eodem. ¶ EX CAPITE. xxvj. mangonicis venalitijs pulchre cognita. man-  
 goni, suis venalitijs probe cognita. in eodem. ¶ Scorpionibus adeo contraria vt visa  
 ea torpescant. In eodem. Scorpionibus tam contraria vt visa torpescant. ¶ Qua alliga-  
 ta oculo. postrema dictio redundat ex eodem. ¶ EX CAPITE. xxvij. Illinitur poda-  
 gricis tosta & contusa. Illinitur podagricis cruda & contusa in eodem. ¶ Ciet menses  
 & vrinas. adde conuinctionem. et. Ciet & menses & vrinas ex eodem. ¶ EX CAPITE.  
 xxix. & ex rosaceo ac lacte imposita & vulneribus. In eodem. Ex rosaceo & lacte im-  
 posita & vulneribus. ¶ EX CAPITE. xxx. Siccatum cum melle & aceto positum bilem  
 trahit. In eodem. Sicca cum melle & aceto imposita detrahit bilem. ¶ EX CAPITE.  
 xxxj. cui acini coccinei granosi folliculi. In eodem. cui acini coccinei granosi, in fol-  
 liculis. forte legendum. cui acini cocci grano in folliculis. ¶ Qui parcius spectaue-  
 rant, manicon cognominauere. In eodem non spectauerant sed inspectabantur legas  
 Scribo. Qui parcius in ijs peccabant manicon cognominauere, vt per gradus crescat  
 oratio. Primo innocētissimi. Deinde parcius peccantes. Ultimo nequiter occultantes.  
 Significat autem illud. in ijs. ex his auctoribus. ¶ Mira obliuione innocentiae, quippe  
 præsentaneum venenum. c. Parmensia exemplaria, & nonnulla recentiora. inducentes  
 legunt non innocentiae. Ego hunc locum sic scribendum reor. mira obliuione hi. Docē-  
 tes quippe. c. claudicāte alias sensu. ¶ Ad dentium mobiles firmandos si colluerentur  
 halicacabo vni exceptionem addidere. Vetus exemplar. non halicacabo vni, sed halica-  
 cabon vino, præfert. Scribo si colluerentur halicacabo in vino. ¶ Delirationem enim  
 gigni. Nec demonstranda remedia. c. Puto luxatum esse ordinem verborum. Legen-  
 dumq; delirationem gigni. Neq; enim demonstranda remedia. c. ¶ Licet præferatur  
 hortensis saporibus. hortensium, non hortensis in apographo nostro. ¶ Vt vel profu-  
 tura de ijs commemorare fas putem. In eodē, vt id pletura nos de ijs. c. Scribo. vt ideo

Locus nō  
malus.Locus  
egregiusLocus sin-  
gularis.

## EX LIBRO

læfura nos de ijs. c. ¶ Calida potui data, calida potu, in eodē. Verbū autē, data, superfluit. ¶ EX CAPITE. xxxij. Præcordijs vt ferūt vtilis, in eodē. præcordijs ferūt vtilē. ¶ Verbosi⁹ dici par esset ægyptia herba ni magnū præberet, c. In eodē, verbosius dici par esset ægyptiā herbā magnū cōtra venenata animalia præbere auxiliū. Legendum reor. Verbosi⁹ dici par est, quā ægyptiā herbā magnū cōtra venenata animalia præbere auxiliū. & paulo post, herbā eā, nō retro. eā herbā. ¶ EX CAPITE. xxxiiij. semel in hoc loco ponemus. Permuta locum præpositionis, semel hoc in loco ponemus, ex eodē. ¶ Cyathus pēdet per se drachmas. x. Dux illæ particulæ, per se, nō legūt in eodē.

EX LIBRO. XXII. Ex proœmio.



COMPL esse poterant miraculū sui natura atq; tellus reputantium vel prioris tantū voluminis dotes. Tria illa verba, vel prioris tantū, non habent in antiquo codice. Reliqua mutato ordine sic lego. Cōpl esse poterāt miraculū natura atq; tellus reputantiū voluminis sui dotes, totq; genera. c. ¶ EX CAP. ij. Stās & in sicco carpit quo frugī mūdōs exsculpat. His alioqui fulgētibus. c. Deprauatissima verba, & codex etiā antiquus deprauatus, in quo sic leges. Stās & in sicco carpit frugē qua mūdus sine culpa nō absit, & fulgētius præfert exēplar antiquū nō fulgētibus. ¶ Nec cōmittemus vt subijciēdo vtiliora, viliora in eodē habetur nō vtiliora, quā lectiōne approbat quod statim sequitur, luxuriā vilitate circūscribamus. ¶ Interim fortius augetur auctoritas. Scribendū puto auctoritate nō auctoritas, & agetur nō augetur vetus legit codex. ¶ Ac semper & legati cū ad hostes. c. Scribo ex eodē, ac semper e legatis cū ad hostes. c. ¶ EX CAP. iij. graminea nunquā nisi in desperatione suprema cōtigit vlli, nisi ab vniuerso exercitu seruato decreta. Scribe, graminea nūquā nisi in desperatione suprema cōtigit. Nulli nisi ab vniuerso. c. ¶ EX CA. v. Hic Decius postea cōsul imperioso collega, imperio nō imperioso in scripto codice legitur. Neutra lectio placet. Potius reor verba esse falso inserta. ¶ EX CAP. vi. exclusam ab hoc legionē suā, Scribo ab hoste, nō ab hoc ex eodē, vera lectiōne, subiungit enim, per castra hostiū erūpere, & inclusam legerē libētius quā exclusam, sequit nāq; legionēq; eduxit. Itē alio mō verba disponerē, inclusam ab hoste legionē suā hortatus per castra hostiū erūpere, tribunū suū dubitantē interfecit. ¶ Ipsum augustū cū, M. Cicerone filio cōsule. c. Lege ex eodē. Ipsum Augustū, M. Cicerone filio cōsule. c. Sic paulo ante, Aemilianū quoq; scipionē Varro auctor est donatū obsidionali i africa mālio cōsule cohortibus seruatis. ¶ Addidere viuēdi precio delitiæ luxusq; Scribendū arbitror, ab didere viuēdi p̄cia delitiæ luxusq; hoc est ablegauere, sustulere. ¶ Proh bonis ipsi fruimur voluptatibus, Lego, probrosis ipsi fruimur volutatibus, sequitur enim ilico, & quo nihil equidē probrosius duco. ¶ Magna quāquā immēsi laboris solatia, Magno nō magna codex vetus, vt legatur paulo post, solatio. ¶ Inde excogitauit aliquas aspectu hispidas & tactu truces. Verbū, Inde, superfluit ex eodē, & tractatu non tactu legitur ibidem. ¶ Vocē ipsius fingentis illas. Duo postrema verba falso addita videntur. Alias non haberet locum pronomen reciprocum, se, quod sequitur continuo. ¶ EX CAP. vii. & clara in p̄mis aculeatarū Eringe est. Dele cōuinctionē ex scripto exēplari. ¶ Omnibus vero contra toxica. c. Dele item verbum, vero, ex eodē. ¶ EX CAP. viij. Multæ circa hoc non magorū solū vanitates, Scribo, Multa circa hoc nō magorū solū vanitate, ex eodē, & paulo post medicinæ nō medico in eo legit. ¶ Renib⁹, opisthotonicis, spasms. In eodē, opisthotonis scriptū est, non opisthotonicis, vt sit nomē morbi ipsi⁹, opisthotonos, ægrotātis opisthotonicos. ¶ EX C. ix. p̄stātissima in Cilicia, p̄oto sc̄da, exēplaria q̄dā nō Cilicia p̄fert sed Sicilia, Scribo Scythia. Nā circa Mæotī paludē

Locum attende.

Notāda castigatio.

nascitur, vnde & Scythica radix vocatur teste Theophrasto libro. ix. capi. xiiij. & Dioscoride libro. iij. ¶ Capitur ea vergiliarū occasu. Scribendū puto, carpitur a vergiliarū occasu. ¶ Meliorq; nigra. Codex vetus, nigri, vt reperatur, coloris. & mox paulū decoctæ non decocta. ¶ EX CAPITE. xij. locupleti diuinitate ad gerenda præsidia. Lego generanda nō gerenda. & paulo post auxilia nō auxilium ex eodē. ¶ EX CAPI. xiiij. Itē aduersari hyoscyamo & serpētibus & scorpionibus. Scribe. Itē aduersari hyoscyamo & serpentium scorpionibus ex eodē. ¶ EX CAPITE. xiiij. ea quoq; nū quā lamīū. c. Particula. nū. superfluit ex eodē. ¶ Autumnalis vrticæ radice. Addenda cōiunctio. et. Et autumnalis vrticæ. c. ex eodē. ¶ EX CAPITE. xv. Ex argumento nomen accepit scorpius herba. Scribo scorpio non scorpius ex eodē, confirmantibus eā lectionē Theophrasto libro nono & Dioscoride quinto. ¶ EX CAPI. xvi. Eadēq; ruptis cōuulsis medetur. alio ordine idē exēplar. Eadē ruptis cōuulsisq; medetur. ¶ EX CAP. xviiij. odore grauissimo. in eodem odore graui. ¶ Hic succus occidit & canes suesq; in polenta. Addita aqua & oleo contrahit in se mures ac necat. Idē codex. Hic succus occidit & panos in polenta & canes suesq; addita aqua. & oleo. cætera redundant. Error vt puto est in situ verborum, scribendūq; facit ad difficultatem vrinæ, panosq; hic succus. Occidit & canes, sues, muresq; in polenta addita aqua & oleo. Nā & Dioscorides libro tertio misceri scribit medicamentis quæ exedēdo sunt, vt non absurde credi possit facere etiā ad panos. Et quod attinet ad canes, sues, muresq; eiusdē Dioscoridis verba sunt libro prædicto. Quin & canes suesq; ac mures in polenta simul omnibus hydrelæo maceratis enecat. ¶ Quare a quibusdā vlophonon vocatur. Scio apud Dioscoridē tertio vlophonon etiam legi, sed cum apud eundē auctorem varia nomina herbarum ab alijs adiecta, non ipsius Dioscoridis legitima censeantur, potiorē in hac parte habeo veterē lectionem, in qua vlophytō scriptum est non vlophonon. ¶ EX CAPITE. xxi. Id quod maius est polytrichon, aliud trichomanes vocant. In eadem non aliud legitur sed aliij. ¶ EX CAP. xxij. sed purgat aluū Detrahe verbum, sed. ex eadē. ¶ Asphodelon de clarissimis herbarum quā heroum aliqui appellauerūt. Scribo. Asphodelum de clarissimis herbarum, vt quod Heroum aliqui appellauerunt ex eadem. ¶ Hesiodus & insyluis nasci dixit. fluuijs non syluis in eadem habetur. ¶ Coquitur autem hoc ciborum gratia. Radix tormina discutit. c. Scribe. Coqui autem hæc ciborum gratia. Radix tormina discuti. c. in eadem. Cui lectioni subscribit Dioscorides libro primo. Coquuntur inquit folia eius olerum modo in cibos. ¶ Folijs in rotunditate longis, laudatum in cibis. Videtur legendum. folijs in rotunditatem longis laudatis in cibos. ex verbis Dioscoridis. ¶ Acanthos est topiaria & urbana herba, elato longoq; folio, crepidines marginum, assurgentiūq; puluinorum toros vestiens. Duo genera eius sunt. Scribo. Acanthi topiariæ & urbanæ herbæ, lato longoq; folio, crepidines marginū assurgentiūq; puluinorū toros vestiētis, duo genera sunt. & mox paulo mulierū nō foeminarū. ex scripto exēplari. ¶ Quā nō aliter magis accēdi putant quā potu. In eodē nō potu leges sed postea. Scribēdū arbitror, pota ea, aut potu eius. ¶ Sic cāda autē in eos vsus pri<sup>9</sup> est, ne succo suo madeat qui cōtra serpētū ictus nō facit eā de teriorē. In eodē, nō in eos vsus sed in eo vsu habet. In quibusdā vero exēplaribus negatio desiderat, recte. Nā si recipit, duo postrema verba demēda habebis. ¶ Si tenuiora folia & odoratiora haberet, teneriora in eodē scriptū est, nō tenuiora. ¶ Stomacho per quācōmodat<sup>9</sup>. Stomacho pquācōmēdat<sup>9</sup> in eodē. ¶ Sicut petrei<sup>9</sup> in carmine suo significat. Scribe Petrich<sup>9</sup> nō Petrei<sup>9</sup>, tū ex antiq; exēplari tū ex Nicādri interpte nō semel eū citāte vt alias admonuim<sup>9</sup>. Codices et nōnulli impssi Petrichus agnoscūt. ¶ Alb<sup>9</sup> q; lacte nitor, utilis orthopnoicis. Verbū. Alb<sup>9</sup>, cū minore litera scriptū pcedētibus atte-



## EX LIBRO

xendum cenfeo. Item nidormagis arridet quam nitor. ¶ Lactucarū modo Erasistratus calculos per vrinam pelli eo monstrat. Longe aliter nostrum apographon. Lactucarum modo ex embammate calculos per vrinam pellit. eo monstrat & oris graueolentiam commanducato corrigit. vt forte pro illo. eo monstrat. legēdum sit Erasistratus. ¶ Veneno Tiberio Claudio principe per hanc occasionem a coniuge Agrippina dato. Idem apographon. veneno cibi claudio principi. c. Legendum arbitror alio ordine. Veneno Claudio principi per hanc cibi occasionem a coniuge agrippina dato. ¶ Ante omnes Neronem suum. Neroni suo in eodem. quæ lectio potest etiam tolerari. Nero enim miseranda & ipse morte perijt. ¶ Illa pernicialia prorsus improbanda. Si enim caligaris. c. In eodem aliter. Illa permittit alia quod probandi alia alias. Scribo Illa pernicies alia, quod probandi alij alias. Si enim. c. & statim post affuit non affuerit, in eodem habetur. ¶ Atq; qui colligunt ducunt ipsi alia vitia. Verbum. ducunt. defecādū ex eodem. & pro nomen. ipsi. superioribus agglutinandum. Quod autem sequitur. ¶ Alia vitia. Nunc quidem si serpentis. Scribendum opinor alia etiam nū quidem. Si serpentis. c. vt intelligas. Alia etiānum pernicies. Sic puto minus male legetur. ¶ Nec ante decidentia. Scribe ex vetusto codice, aut ante decidentia. ¶ **EX CAPITE. xxiii.** His aberit veneni argumentum. Hic habebit veneni argumentum in eodem. ¶ Hi fluxionibus alui quas rheumatismos vocāt medentur. fluxionibus albis idem codex agnoscit non fluxionibus alui, vt pro eo quod sequitur. rheumatismos. rhus leucus. scribēdum putem hoc est fluxiones albas, ex galeni diffinitionibus. & Paulo ac Dioscoride libro primo capite de thuris cortice. Quo in loco cum Virgilius Marcellus vir singulari doctrina & diligentia explicet copiose quid in fœminis sit rhus, & quot accidant coloribus, laborem inquirendi tradendiq; nobis ademit. ¶ Et tum aquam bibētibus. Cauendūq; nequa intus sit exulceratio. Secus in eodem. & cum aqua bibētibus cauendum nequa intus sit exulceratio. cætera redundant. ¶ Tempestiue enim datum cauterij vim obtinet. Lego permutatis syllabis non cauterij sed Theriacæ. ex Dioscoride libro tertio. Bibitur inquit idem, inungiturq; contra eorum omnium iniurias quæ morfu ictu ve venenum relinquunt, & venenatas telorum cuspides. Contra scorpionum ictus oleo dilutus inungitur. ¶ Clavis pedum qui vulgo morticini appellantur. quattuor postrema verba Plinij non puto. Nam & paulo ante clauos pedum ipse appellauit sine tali additamento. & Cornelius Celsus & alij clauos pedum vocant, nulla vulgaris appellationis mentione. ¶ Ante subactum. Carnes replet cum vino & croco. c. Scribo ex archetypo nostro. Alopecias nitro ante subactas replet cum vino & croco aut pipere ac murium fimo & aceto. Dioscorides libro tertio capite de laerpitio. Cōtra capillorum defluuia quæ alopecias dicunt ex vino additis pipere & aceto vtiliter inungitur. ¶ Aequè ex aceto his qui coagulum. c. Primum verbum redundat ex eodem. ¶ Lenit transitum spiritus & molliores facit meatus ne scindāt. aptius in eodem cum minore litera & iunctim cum præcedentibus. lenito transitu spiritus & molliore facto meatu ne scindat. c. ¶ Ex austero factum. non implet stomachum. Scribe inflat, non implet ex eodem & postremam dictionem arbitramur superfluere. Dioscorides libro quinto capite de mulso. Primam bonitatis habet æstimationem mulsum quod ex vetere & austero vino probatissimoq; melle cōfectum fuerit. Minus. n. inflat quod tale fuerit & celerius absolutum in vsum venit. ¶ Multi senectam longam mulsi tātū nutritu tolerauere. Lege ex eodē intrita nō nutritu. qd' noto illo martialis versu roboratur. Circūlata diu mēsis intrita secūdis. cōtra criticos qui aliter eū locū legūt. ¶ Celebris Pollionis Romuli exēplo. Scribēdū arbitror Vedij Pollionis nobili exēplo. De hoc Vedio Pollione Augusti amicicia nobilitato Plini⁹ supra lib. ix. & Seneca in libris de

Castigationem aduerre.

Vide castigationem alterā.

Martialis locus.

Elegans correctio

beneficijs, & Varro de re rustica. ¶ **EX CAPITE. xxv.** etiam si fricetur, commodius  
 vetus exemplar, etiam si refricentur, & mox paululum, multipedæ non multipedum.  
 ¶ Aut intestinorū vel laterū vel viriliū dolores cū papauere aut meliloto. Duo illa ver-  
 ba, vel virilium, nō agnoscit nostrum exēplar & vt colligitur ex Dioscoride recte. Is li-  
 bro secūdo capite de hordeo sic ait. Cum meliloto & papauerum vasculis in lateris do-  
 lore indolentiam facit. Illinitur & contra intestinorum inflationes cum lini foenogræ-  
 ciq; semine. c. quæ ibi leges. ¶ **L**ocorum ratione a farina hordei distat. medicorum nō  
 locorum in eodem habetur. ¶ **C**ontra quanto innocentior est alica. Superfluit verbū,  
 contra & scribe, quanto innocentiore alica, ex eodem, & statim. ¶ **H**ippocrates tātum  
 sorbitionis, tamen non tantum in eodem. ¶ **I**tem pustulas & fluxiones sanguinis, pu-  
 stulas & hic & alibi semper non pustulas, & fluxiones non fluxiones in eodem. Idem  
 vitium paulo post castigandum. ¶ **S**emuncia amyli cum ouo & passi tribus ouis suf-  
 feruefacta. Videtur legendum obolis non ouis. ¶ **E**t vini in saccos additus, viri nō vi-  
 ni in nostro archetypo rectius, vt sit patrius casus a virus, quo & alias vsus est Plini⁹.  
 Intelligit autem graueolentiam quam sacci contrahunt ex vinis quæ colantur. ¶ **I**n  
 quo vsu melius semper torrere aut tūdere. Scribe in quo vsu melius torrere semper an-  
 te & tundere ex eodem. ¶ **E**st syluestris & elisphacos dicta a græcis. c. L ego, est & syl-  
 uestris elisphacos dicta a græcis ex eodem. ¶ **H**æc mitior. Verba hæc errore ni fallor  
 hic inserta sunt, pertinent, enim ad elisphacum auctore Theophrasto libro sexto de stir-  
 pibus capite secundo discrimē assignante inter elisphacum & elelisphacum, illud enim  
 esse satium, hoc agreste, his verbis. Sphacelus & Saluia inter se distant quasi alterum  
 vrbatum, alterum genus syluestre dixeris. Sphacelo folium læuius, contractius, mi-  
 nusq; squallens. Saluix scabrius & odore grauiore. Legendum igitur sic. Elisphacos  
 dicta a græcis, alijs phacos, satium lente læuior & folio minore, hæc mitior. Est & alte-  
 rum genus syluestris odore graui, folia habet cotonei mali effigie. c. reliquæ autem  
 particulæ redundant. Ex codice antiquo. ¶ **F**arina eius vt ait varro maculas toto cor-  
 pore emendat. Longe diuersa & venior eiusdem codicis lectio. Farina eius varos. Sed  
 & maculas cutis toto corpore emēdat. Quam lectionem castam legitimāq; esse Dios-  
 corides comprobat libro secundo capite de eruo, his verbis. Lentigines asperam & di-  
 scolorē ceu a sole cutem. Labes quas græci pilos dicunt, & toto corpore maculas ex-  
 terit. ¶ **L**entigines & fouentium cutem corrigunt, alio ordine in eodem. lentigines  
 & cutem fouentium corrigunt. ¶ **C**um oxymelite. Curatio hæc a cæteris differt. **L**e-  
 ge, in oxymelite. Ratio hæc, cætera superuacanea sunt ex eodem. ¶ **A**ceti sextario vno  
 dilui mellis vncias duas. Verbum, vncias, putamus superfluere, & legendum, duos.  
 non duas, alioquin non haberet locum quod statim subiicitur. Ita temperatis sextarijs  
 tribus. ¶ **D**ecocta farina lolij sextarijs duobus, decoctæ farinæ lolij sextarios, & ver-  
 bum duobus redundat ex eodem. Expende vero an sit commodius legi in totum sic.  
 Aceti sextario vno dilui mellis duos iustum. His ita temperatis sextarijs, tres decoqui  
 farinæ lolij sextarios vsq; ad crassitudinē. c. ¶ **C**alidumq; ipsum imponi dolentibus  
 membris. Verbum, ipsum, detrahe, ex eodem. ¶ **E**stur & per se & in patinis cum tene-  
 ra est decocta, in eodem. Estur & per se & in patinis cum tener est decoctus, vt referat  
 caulem non ipsam orobanchē. ¶ **S**olifugarum generis, solipugarum in eodem legi-  
 tur non solifugarum, rectius, vt a pungendo nomen adeptæ sunt, quod statim se-  
 quitur.

Nota lo-  
cum.Verborū  
ordo cor-  
rectus.Egregi⁹  
locus.¶ **EX LIBRO. XXIII.**

Ex proœmio,

Locus nō  
postremus

**D**ORūq; gratia proueniunt. Melius in eodem. odorum ve gratia proueniunt. et mox paulo, inuerte verba, legitoq; arborum vmbra alere. c. ¶ Ergo hercule artes in primis dedit vitibus. Scribendum reor. Ergo hercule partes primas dedit vitibus. Nam dixit in calce prioris libri. præstat ad vini transire mentionem, atq; a vite ordiri medicinas arborum, & sequitur paulo post. Plurimum inquit homini voluptatis ex me est. Ego succum vini, liquorem olei gigno. ¶ Ut quando quanto ve labore cibi fiant. Scribendum puto. vt quandoq; tãto labore cibi fiant. Nam præcessit statim ante. Neq; vt tellus omnia per labores. c. ¶ Nec curuo adorãda aratro. antiquus codex non agnoscit hæc verba. ¶ Maximeq; aqua quam virides accensæ. Scribo maximeq; cum virides accensæ. c. ex eodem. ¶ Et intertrigines & pilos absu- mit. Lege & intertrigini, & iunge superioribus. ex eodẽ. ¶ Frangitur vehemẽtia eius. mitigatur, non frangitur in eodem. ¶ **EX CAPIT E.** i. morbūq; lethargicū faciūt. lethargum, non lethargicum in eodem. ¶ Proximæ sunt pensilibus in palea seruata. Lego. proximæ a pensilibus in palea seruata, ex eodem. ¶ Nam & vinaceis seruata. Nam e vinaceis seruata in eodem. ¶ Hydropicis cum ardore febris ægrotantibus. hy- drope non hydropicis in eodem. ¶ Mammaram inflationi triti cum sale vtilis. inflã- mationi non inflationi in eodem. astipulante etiam Dioscoride libro quinto capite de viuis. Seruãtur inquit earum vinacei, imponunturq; emplastri modo cõtra mãmaram, durities, Inflãmationes, & nimiam lactis abundantiam. ¶ Sanant epinyctidas & dy- senteria. Duo verba omissa sunt ab incurioso librario ex eodem. Ea sunt. & teria. Scri- bo autẽ non, teria, sed ceria. hoc est fauos. Dioscorides eodem libro & capite. In verru- carum genere quas epinyctidas, carbunculos, fauos, & articularū exedentia vlcera. c. ¶ Rectis folijs. erectis folijs non rectis in eodẽ. ¶ Alij cedrostin. Emẽdatior lectio. alij agrostin. Dioscorides libro quarto capite de vite alba. Sũt inquit qui psilothron, qui Archezostin, aut agrostin vocent. ¶ Succo rubente postea croci. Scribe. succo ruben- te, postea crocino. Ex antiquo exemplari, ¶ Eadẽq; præstant decocta in oleo. Decocta datur & comitialibus potus. Verbũ. Decocta superfluit ex eodem. ¶ Qui illitus per se & cum eruo, lætiore quodã colore & cutis teneritate mangonizat corpora. Non sic in eodem. qui illinitos per se & cũ eruo, lætiore quodam colore & cutis teneritate man- gonizat. Nã verbũ. corpora. qd̄ finit clausulã nō habetur in eodẽ. ¶ Potu statim auxi- liũ sit aut venenũ. In eodẽ. potũ statim auxilio sit aut venenũ. ¶ Qui vero postea de vo- lumine illo differuere innumera. In eodẽ. qui vero post eũ de volumine illo differuere, innũeri. illud autẽ volũine expositionis loco a lectore adiectũ arbitror. ¶ Hoc non rigi- do potu stomacho vtile, non item calido. Et in diutina siti sorbetur merum. Scribo. Non rigido potu stomacho vtile, non itẽ in calido. Diutinæ siti sorbetur merum. reli- qua redundant ex eodem. ¶ Tristitiæ cura hebetatur. Lego tristitia & cura hebeta- tur ex eodem. ¶ Iam & patres familias ætatem ademere his. c. Non ademere in eodem habetur sed addi. ¶ Itemq; iugi superbibere ebrietati, quam quidem frigidæ potus ex templo discutit. Scribẽdum reor. interq; iũgere, ac superbibere. vt hæc verba ad præ- cedentia pertineant. Deinde sequat aliud cæsũ. Ebrietatẽ quidẽ frigidæ potus ex tẽplo discutit. sic enim præfert antiquum exemplar. ¶ Neu palpebris coeuntibus. palpebris ve non coeuntibus in eodem. ¶ Item mixtura. Atq; vulgo satis putant. c. Scribo. item mixtura aquæ. Vulgo satis putant. c. ex eodem. ¶ Vini etiam vitiũ transit in remedia. Deest. conuinctio, et, Vini etiam vitium transit & in remedia. ¶ Plurimum fotu mede

Duo vers  
balibra-  
rij incuria  
omissa,  
restituta  
& castiga  
ta.

tur post vredines. Locus si quis alius in historia naturali pessime a librarijs habitus, & qui dedita opera videri possit deprauatis verbis & ordine luxato obscuratus vel potius perditus. In primis verbum illud. fotu. cum præcedentibus legedū, vt sic verba cōcipias. Oculis quoq; illo modo saluberrimū fotu. Deinde verbum medetur sequentibus applica. Medetur item lepris, furfuribus. c. Reliqua ergo sunt. Plurimum post vredines. Exemplar vetus non vredines præfert, sed hirundines. Scribo pellit potum hirudines. Dioscorides libro quinto capite de aceto. Pellit haustas hirudines potum acetum. ¶ In sanguinis fluxione. fluctione legendum non fluxione, vt alias notatum est. ¶ Neq; altero os colluunt venena exsurgentes. aliter non altero vetus lectio. ¶ Tosto pane aut vino. tosto pane aut cum nitro in eadem. rectius sequitur enim. vtiq; sale compescitur. ¶ Vnius medicorum portentosa scientia. Quid si legas non. vnus medicorum. sed musæ medici. ¶ In acerrimo impetu morbi. addūt quædam exemplaria. euasit. alioqui imperfecta videtur oratio. ¶ EX CAPITE. ij. vertiginosis. vuluarum strangulationibus. Vertigini, vuluarum strangulationibus. codex antiquus. & paulo post Diocles in eodem legitur non Dieuches. ¶ Salis marini pondo thymbræ quadrantem. libram, non thymbræ in eodem. Et sane apud Dioscoridem libro quinto capite de aceto mulso in confectione oximelitos nulla mentio thymbræ. Quapropter probo scriptam lectionem. pondo libram quadrantem. Qua locutione alioquin frequentissima vsus est Columella libro. xij. capite. xxxij. Scyllæ inquit aridæ pondo libram & quadrantem. ¶ Deferuescente cortina. deferuente, non deferuescente in eodem. Et paulo post fex vini. redundat. vini. ¶ Et testium, mammarum inflammationes. In eodem inflationi, non inflammationes legitur. quod magis probo. Dioscorides libro quinto. Capite de fece. Cruda fex inquit per se, & cum myrtho tumores reprimat. ¶ Cum expirauerit quoq; lauandis corporibus & vestibibus. permutato loco verbi illius. quoq; legitur in eodem. cum expirauerit lauandis quoq; corporibus. c. ¶ EX CAPITE. iij. procidentiq; pupillæ efficax. pupulæ non pupillæ in eodem. ¶ E radice oleæ quâ tenerrimæ cortex derafus in melle crebro gustatu. c. In eodem. E radice oleæ quam tenerum derafum in melle crebro gustatum. c. ¶ Casuros dentes extrahit. Casarios non casuros in eodem rectissime. quo significatu & causaria missio apud iuris cōsultos, & causarij milites Liuius. Res nota nec dicēda verbosius. ¶ Cū decocto lupino & chamæleōte. lupinorū nō lupino in eodē. ¶ Cruda amurca podagris foueri. podagros in eodē non podagris. ¶ EX CA. iij. & os quoq; colluif illo ad dētiū firmitatē. In eodē & de eo os quoq; colluif illo ad dētiū firmitatē. Scribo. Ideo os quoq; colluif illo. c. ¶ Colorē dētiū custodit magis quā aliud. In eodē nō aliud legit sed alibi. Scribēdū reor albat. ut in pcedētib⁹ & his quæ insequunt⁹, ruffat vsurpauit & nigrat. ¶ Venena omnia. Venenata nō venena in eodē. ¶ Cōtra omnia supradicta laudatissimum. Et lassitudinum perfrictionūq; refectio est. Duo illa verba. laudatissimum Et. non agnoscit exemplar antiquum. Reliqua sic legenda censeo. Supra omnia supradicta lassitudinum. c. ¶ Bubus infusum per nares donec ructent. In eodem non ructent legitur, sed rictent. vt sit frequentatiuum a ringo. ¶ Et si vetusti non sit occasio reddat conuinctio. et. ex eodem. ¶ Oleum cicinū bibitur ad purgationes ventris. De hoc cicino oleo Plinius supra libro. xv. capite. vij. Proximū fit & ecici arbore in ægypto copiose. Alij crotonem, Alij Rhibin, Alij sesamū syluestre appellant. De eodem & Dioscorides libro primo proprio capite. Cæterū in hoc Plinij loco non cicinū scribi debet, sed cnicinū hoc est factū ex cnico herba. quā Dioscorides libro. iij. & Theophrast⁹. vi. memorant. De cnicino vero oleo Dioscorides libro. j. capite peculiari sic differit. Confectur & cnicinum oleū similiter. Vis illi eadē quæ ex grano gnidio confectio oleo est.

Loc⁹ sigs  
ali⁹ in his  
storiana  
turali vs  
tiar⁹ pri  
stino fra  
turi reddi  
tus.

Locus fer  
stius.

Locus in  
signis.

## EX LIBRO

Quæ verba mire quadrat cū illis Plinij verbis quæ aliquāto post sequuntur hoc ipso capite. Ex gnidio grano factum eādē vim habet quam cnicinum, sic enim legendū, non cicinum. Confirmat etiam correctionem nostram quod Dioscorides tundi semē cnici tradit, dariq; expressum ex eo succum ad purgandam aluum in aqua dulci. quæ hic ferme verba Plinius repetit. Magna Hermolai allucinatione, qui cicinum hic pro cnicinum agnoscit. In quem errorem incidit etiam Marcellus Dioscoridis interpres libro quarto capite de ricino frutice. Cuius falsam traditionem ne dicam temeritatem quo minus profitear me demirari temperare mihi non possum. Scribit enim hoc ipso capite de ricino, oleum cicinum seu ricinum in nullo sanitatis vsu esse. Quod neq; in græcis duarum impressionum Dioscoridis exemplaribus habetur, neq; Hermola<sup>9</sup> aut Ruelli<sup>9</sup> Dioscoridis interpres tale quippiā in suis translationib<sup>9</sup> posuerunt. Nā lib. j. multos ei in re medica vs<sup>9</sup> Dioscorides assignat. vt in prōptu est legere volētib<sup>9</sup>. ¶ Cæterū iners & graue sapore. Cæter<sup>9</sup> iners & graui sopore i vetusto exēplari. ¶ Enimvero siquid in nucleo putridi fuerit totus modus deperit. Verbum. modus. putamus superfluere. ¶ Eandem vim habet quam cicinum. scribēdum vt dixi cnicinum ex Dioscoride ad verbum. ¶ Pissino oleo vsus est passim ad quadrupedum scabiem. Secus in antiquo exemplari & vt puto emendatius. Pissino oleo vsus est ad tussim & quadrupedū scabiē. Et prodesse quidē ad quadrupedū scabiē oleū pissinū Diosc. auctor est lib. j. peculiari cap. De tussi tacet. Easde tñ illi vires inesse dicit quib<sup>9</sup> pix liquida prædita sit, quam ad tussim accōmodatam esse priore capite dixerat. Et paulo post. corpus alunt, in eodem legitur non augent. ¶ Cum cotoneis & cera. Hæc verba ad præcedentia pertinent. ex Dioscoride libro primo capite de palma. Ex cuius auctoritate suspitio mihi iniicitur, hunc locum nec integrum nec sincerum esse. Verba illius sunt. Illinuntur vt liter eadem contra vesicæ vitia cum cotoneis malis & labruscæ floribus cōfecto oleo subacta cera. ¶ **EX CAPITE. vi.** vt qui facit dicat quæ capit & cuius causa. Vetus codex. quare capit non quæ capit habet. & ego aptiorem lectionem duxerim, vt qui capit, quam vt qui facit. ¶ Sic adalligata strumis medetur, siccata non. sic. in eodem. ¶ Decocto eorum. colluto. colluti non colluto in eodem. ¶ Operculo indito. Illito nō indito, in eodē. ¶ Mox in os additum deuorauerit. redūdat yocula illa. mox. ex eodē. ¶ Cibo aut potione inspersi. In eodem. cibo aut potionibus per se. ¶ **EX CAPITE. vij.** Folia & quæ non maturuere fici strumis illinuntur. In eodem. folia quæ non inaruerē, & fici. ¶ Ob id autumno insalubres quoniam sudantia huius cibi opera corpora perfrigescunt. In eodem. Ob id autumno insalubria quoniam sudantia huius cibi corpora refrigescunt. vt verbum illud opera redundet. Quod tamen ad sensus integritatem aut aliud simile necessarium videtur. Et insalubri lego potius quam insalubres. Quid si legas. Ob id autumno insalubri, quod affluentia huius cibi corpora refrigescunt. ¶ Et furunculos. panos, parotidas decoctæ illinuntur. Scribo. ad furunculos. c. tum ex vetere exemplari, tum etiam ex Dioscoride libro primo capite de ficis. Quin etiam inquit coctæ mox concisæ ad discutiendas durities illinuntur. Strumas & quas græci parotidas dicunt emolliunt. panos maturant. ¶ Efficacius calce aut nitro admixto. In eodem. Efficacius calce, aut nitro, aut si admixto. Locus est vt sentio hians & truncatus. Potest tamen vt puto iactura ex Dioscoride refarciri, vt sic legatur. Efficacius calce aut nitro aut iridis radice admixta. Diosc. lib. et cap. citatis. Panos maturat multoq; magis additis radice iridis, aut nitro, aut calce. ¶ Et peripneumoniciis. In eodē. ac pleumōicis, attice. pleumona. n. illi vocāt, quæ cōis lingua pneumona vt grāmatici notāt. ¶ Hydropicis coctæ in vino cū absinthio & farina hordeacea nitro addito, Aluū sistūt māducata. Locus est mēdosissim<sup>9</sup>, tū verborū distinctiōe luxata, tū ipsis

Contra  
Hermolaum.

Virgilij.  
marcelli  
Dioscoridis  
interpres  
p̄ristemē  
ritas.

Locus  
elegans.

verbis deprauatis. Scribe ergo sic. Hydropicis coctæ in vino cum absynthio & farina hordeacea. Nitro addito manducatæ aluum soluunt. Dioscorides libro primo capite de ficis. In vino decoctæ additis absynthio & hordeacea farina vtiliter contra subeuntes aquas illinuntur. & alio loco. Aluū molliunt cum nitro & cinico tusæ & in cibo sumptæ. ¶ Cinis non ex alia arbore aciem purgat acrior, conglutinat, replet, astringit. Breuior & verior antiqua lectio. Cinis non ex alia arbore acrior, purgat, conglutinat, replet, astringit. Dioscorides ioco proxime citato, de lixiuia facta ex cinere ramorū eius arboris, purgat enim glutinat, & carne explet, nec minus concernit quam ea quæ cruentis vulneribus imponitur. ¶ Corticem eius impubescentem puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus medullam. Cortice, non Corticē, defractura, non defracto ramo in eodem legitur. Nam non multo post. Idem inquit præstare & ramus dicitur luna plena defract<sup>9</sup>. Item verbum, impubis, non habetur in eodem. ¶ Præduratum vas solet torrebant. Scribo, præduratum ad solem torrebant, ex eodem. ¶ EX CAPITE. viij. Capitis dolori illinuntur, maximeq; in feбри, si ab ebrietate ex aceto & rosaceo & aquæ sextario. Et sanguinem sistunt. Cum amylo & mēta lethargicis comitialibusq; profunt. Scribendum reor alia distinctione & lectione. Capitis dolori illinuntur, maximeq; in fronte & temporibus ex aceto & rosaceo. Ex aquæ sextario sanguinē sistunt cum amylo & mēta. Lethargicis comitialibusq; profunt. Dioscorides libro primo capite de Amygdala. Capitis doloribus succurrūt, fronti temporibus ve ex aceto aut rosaceo illitæ Et contra sanguinis excreationes cum amylo & menta sumuntur. Bibuntur eadem in aqua aut cum terebinthina resina. Sed quoniam infra paulo subiungit, quinis fere præsumptis ebrietatem non sentiri, hæreo subdubitoq; legendum ne sit, maximeq; in feбри si ab ebrietate, an vt dixi. Itaq; liberū sit vnicuiq; censendi ius. ¶ Profunt ecligmate iocineri, tussi, & colo cum eleliphaco modice addito. In melle sumitur nucis auellanæ magnitudo. Scribendum reor, Profunt ecligmate iocineri, tussi, colo, cum melle & lacte modice addito, nucis auellanæ magnitudine, cætera redundare opinor Dioscorides loco p̄dicto. In ecligmate auellanæ nucis magnitudine, additis melle & lacte, iocinososis, tussientibus & maioris intestini quod colon dicunt inflationibus opitulatur. Antiquum quoq; exemplar magnitudine legit nō magnitudo. Præterea in capite de Eleliphaco Dioscorides assignat ei herbae easdem vires quas illi tribuit hoc loco Plinius. ¶ Etenim arborum ipsarum foliorūq; vires in cerebrum penetrant. Scribendum. Etenim arborum ipsarum foliorūq; virus in cerebrum penetrat, ex eodem exemplari. ¶ Siccæ vnguinosiores & stomacho inutiles. In eodem non vnguinosiores sed vinosiores habetur. Legendum puto virosiores. Nam cum paulo ante tribuerit arbori & folijs virus quod in cerebrum penetret, & nucleos idem facere sed minore momento, subiunxit recentes esse iucundiores, siccas virosiores, a prima positione virosus, qua vsus est eminentissimus poeta, virosam appellans pontum. ¶ Et pinguedini corporis conferunt plus quam sit verisimile. In eodem. Corpori & pinguitudini conferunt plus quam sit verisimile. ¶ Pistacia eosdem vsus & effectus habent. Duo illa verba, & effectus redundant ex eodem. ¶ Item serpentium venenis resistunt, maxime sepis. Non sepis sed sepos terminatione genitiui græca in eodem. ¶ Eadem profunt suspirijs trita cum melle. Verbum, profunt, superfluit ex eodē. ¶ EX CAPITE. ix. quæ inspergitur vlceribus aut hæmorrhoidæ. nō hæmorrhoidæ in eodem sed hæmorrhagiæ. ¶ Appositum fotu & illitu. In eodem, appositu, fotu, & illitu, vt sint tres ablatiui. ¶ Capillorum nigritiam, malarum perfusiones, māmillarum in eodē nō malarum. ¶ Præcipueq; crassæ & graui ter olenti, præcipueq; crassæ & graueolenti in eodem. ¶ Semen cum vino potum aut oleo aut aceto, aut oleo & aceto, in eodem.

## EX LIBRO. XXIII. EX Proœmio. &amp; Capite. j.



ED ad singula illius discordiæ atq; concordiæ miraculis occurrantibus. Aliter in eodem, sed ad singula illis discordiæ miraculis occurrantibus, reliqua redundant. Placet nihilominus magis impressa lectio. ¶ Concordia valent, cum pix oleo extrahitur. Commodior lectio, concordia valentium. Pix oleo extrahitur. ¶ Quæ suis locis dicetur assidue. Postremum verbum aduentitium putamus. ¶ Ac sine impendio ex quibus viuimus. Legendum reor, ac sine impendio eorum quibus viuimus. Significat autem pecunias quæ vt hesiodus ait vita sunt miseris mortalibus. ¶ Magnitudo populi romani perdidit ritus. Verbum, romani, non legitur in scripto exemplari. ¶ Parem<sup>9</sup> externis & vna artium imperatoribus quoq; imperat. Idem codex, imperauerit habet, non imperat, vt repetas externi. ¶ EX CAPITE. iij. Cocum ilicis vulneribus ex aceto recentibus imponitur. Permuta verba. Cocum ilicis vulneribus recentibus ex aceto imponitur, ex eodem. ¶ Celerrime in vermiculum semutans. In eodem non vermiculum habetur sed vltimis, vt putem legendum vlicem. De quo libro, xxxiiij, capite. iij. Frutex est vlex roris marini similis, asper, aurumq; retinens, & paulo post, Vlex ficcatus vritur & cinis eius lauatur. c.

¶ Quod ideo scolecion vocant, stultilum non scoletion antiquus codex ostentat, scribendum puto ex vlicem. ¶ Excrescentium in corpore tollit. In eodẽ tollunt non tollit, rectius quia sequitur, profunt gingiuus. ¶ Quo nihil est glutinosius. Superfluit pronomen, quo, ex eodem. ¶ Vnguium scabritias expolit, expellit non expolit in eodem. ¶ EX CAPITE. v. magni ad lumina vsus, ni capitis dolorem inferret, magni ad volumina vsus ni capitis c. in eodem vt illud ouidij in tristibus. Nectitulus minio nec cedro charta notetur, sed refragatur auctoritas Dioscoridis oculorum medicinæ vtilẽ prodentis, libro primo capite de cedro. ¶ Abortiuum fieri in venere ante perfusa virilitate. Scribendum arbitror, abortiuum fieri, in venere vncta prius virilitate. Dioscorides loco proxime citato, genitalibus ante coitum inunctus sterilitatẽ facit. ¶ EX CAPITE. vi. Victoriati pondere in vino finit. Alia exemplaria non finit legunt, sed finit. Lego sanat ex codice antiquo. ¶ Cum honore & pityusa simili de causa dicetur. Duo prima verba superfluunt, ex eodem. ¶ In potiones amygdalis amaris, impetigines nõ in potiones in eodem habetur. Sanari vero impetigines pice Dioscorides auctor est libro primo capite de piceliquida. ¶ EX CAPITE. vij. Tedæ decoctæ in aceto. Adde verbũ, æque, ex eodem. Tedæ decoctæ æque in aceto. ¶ Siue cum aqua virilia foueantur, siue cũ aqua vt ita foueantur, in eodem. ¶ EX CAPITE. viij. melanias quoq; veteres, c. alandrias nõ melanias in eodem scriptum est. ¶ Aceris radix contusa iocineris doloribus efficacissime imponitur, adde duo verba, e vino. Aceris radix contusa, e vino, iocineris, c. ex eodem. ¶ Caules teneri minoris sambuci, mitioris non minoris in eodem. ¶ Ex calfacit, extenuat, cedro assimilis, et eius duo genera. Verbum, extenuat, codex antiquus non agnoscit. Scio tamen haberi in Dioscoride latino ex translatione Marcelli, sed in græcis exemplaribus desideratur. Cætera in eodem exemplari sic leguntur, excalfacit cedro alias similis. Et huius duo genera. ¶ Illinitur et oculis in epiphoris Rectius in eodem. Illinitur & oculorum epiphoris. ¶ In serpentiũ metu, in serpentiũ ictus, in eodem. ¶ EX CAPITE. ix. Hic ad purganda quæ obstent oculis. Hic ad expurganda quæ obsistunt oculis, in eodem. ¶ Græci lygon vocant, alij agnon. Scribe. Græci lygon vocant, alias agnõ ex eodem. ¶ Sic & lassitudines dissoluere, sicut lassitudines dissoluere, in eodem. ¶ Aut cinctu, aut in cinctu in eodem. ¶ Non multum a myrice differentem, In eodem, non multum bulice differetẽ. Scribendum forte nõ

Locum  
attende.

multum ab vlyce differentem, De frutice qui vlex dicatur supra differuimus ex aucto-  
 ritate Plinij libro. xxxij. capite quarto. ¶ Nondum enim fuisse africanum vel hispa-  
 num spartum. L ege. Nondū enim fuisse hispanum africanum ve spartum ex eodem.  
 ¶ Myricen quā & tamaricē vocat lenæus. In eodem. Myricē camerice vocat Lenæus.  
 Scribo. Myricē chamæricē vocat Lenæus. Nam Ericē fruticosa est arbor tamarici simi-  
 lis multo tamen breuior auctore Dioscoride libro primo capite de Ericē. Vocabat igif  
 Lenæus Myricē propter hanc similitudinē cū Ericē & alludens ad ipsum Myricēs no-  
 mē, non Myricē sed Chamæricē hoc est secundariā Ericē & imitatricē erices. ¶ Arbi-  
 trantur quidam hanc esse tamaricē. In eodem. Eandem esse arbitrantur quidam tama-  
 ricem. ¶ Corinthus & quæ circa est regio bryoniam vocat. L ege Corinthus & quæ  
 circa est græcia Bryam eam vocat. tum ex citato semper exemplari, tum ex ipso Plinio  
 libro. xij. capite. xxj. Myricē inquit & Italia, quam alij tamaricē vocant. Achaia autem  
 Bryam. ¶ Ad dentiū dolorem auriūq; decoctū. In eodē. Dentiū dolori auriūq; deco-  
 ctum. c. ¶ EX CA. x. Itē contra intertrigines folia ve. Scribo. Itē contra intertrigines  
 vel folia ex eodē. ¶ Nervis intus nocet. In eodem nervis adhibita foris prodest. Duo illa  
 verba. iisdē nervis. superfluūt ex eodē. ¶ Trahunt & menses appositi. In eodem apposi-  
 tu legitur non appositi. ¶ Illinitur decocta in vino. Illinitur decocta quæcūq; in vino.  
 in eodē. ¶ Psilothrū est, phthiriasinq; tollit. psilothrū est. Phthiriasin æque tollit. idē  
 legit. ¶ Moxq; cōburunt. Particula. q; superfluit ex eodē. ¶ Sunt qui & incidant suc-  
 ci gratia Conuerte verba. Sunt & qui incidant. c. ex eodē. ¶ Trinīs digitis flore capto.  
 ternis non trinīs in eodem. ¶ Tantāq; vim accipiunt vt sanguinem vrina detrahant.  
 Scribendū arbitror. tanta vi vt sanguinē vrina detrahāt. Reliqua superuacanea puto.  
 ¶ Alterū immortalitati proximū conuallibus opacis. Scribendū reor. Alterum in mō-  
 tanis ali aut proxime. c. quoniā sequitur. Alterū genus culta amare. ¶ EX CA. I. xj.  
 non aliter euidentiore illa natura quā continuis his voluminibus tractamus. Exēplar  
 antiquū. non aliter euidentiore illa naturæ vt quā continuis. c. L ege. non aliter euidē-  
 tiore illa naturæ vi quā continuis. c. ¶ Efficacia & genuculata. Scribe efficaciora geni-  
 culata ex eodē. ¶ Efficacius & cōtra ignes sacros. L ege dū efficacibus ex eodē. ¶ Mul-  
 tum enim & ipsam harundinē valere tradunt. Aliter in eodē. multa enim de ipsa harū-  
 dine tradunt. cætera superfluunt. ¶ Ad laxandas siccandasq; fistulas, & in tumescēdo  
 ad introitū medicamentorum aperiendas. Verba præpostere locata, legendaq; vt sen-  
 tio sic. ac laxandas aperiendasq; fistulas ad introitū medicamentorū, siccandasq; in tu-  
 mescendo. ¶ Sanie cōspecto omnino frutice eo siccari. Possit legi. Sanitatē suspensō  
 omnino frutice conciliari. Vel sic. fascino suspēsō omnino frutice occurfari. Dioscori-  
 des libro. iij. capite de alyssō. Quin etiā domi suspensum sanitatē creditur facere, fasci-  
 nationesq; omnes ab hominibus pecoreq; omni auertere. ¶ Medetur morbo regio &  
 ipsa decocta eius potu. Vet<sup>9</sup> codex. Medetur morbo regio & ipsa decocta & ius potū.  
 ¶ Altera tamaricæ similis folio est. In eodē. Alia tamarici folio similis. reliq; supfluunt.  
 ¶ Illinitur igni sacro & carbunculis. Cū melle & vino pota regio morbo medetur. Ali-  
 ter vt opinor distinguenda verba & scribenda. Illinitur igni sacro & carbunculis ex vi-  
 no. Cū melle pota regio morbo medetur. Dioscorides libro primo capite de herba sabi-  
 na. ex melle itidē illita nigredines abstergunt sordesq; alias cutis. Carbunculorū cru-  
 stas ex vino imposita exterunt. ¶ Similis herbæ huic sabinæ est. Scribe. Similis herba  
 est huic sabinæ. c. ex veterē lectione. ¶ Nec alibi quā in canali deponere, ibiq; cōtere po-  
 turis. Aliter in eadē. nequaquā in canali dponere ibiq; cōtinere poturis. ¶ Itē ambustis,  
 Arteriæ vitijs. Inutilē vrinam ciēt. L ege alia distinctione. Itē ambustis. arteriæ vitijs  
 inutiles. Vrinā cient. Nā quoniā præcesserat dētibus inutiles esse, interpositis his qbus

Pulchra  
castigatio.

Locum  
estima.



## EX LIBRO

profunt, redit rursus ad incōmoda, aitq; inutiles esse ambustis & arteriæ vitis. ¶ Astri-  
ctis cæteris. Quæ ex amygdala amara est spissandiq; viribus efficacior. Scribendum  
arbitror. Astringit plus cæteris quæ ex amygdala amara est, spissandiq; viribus effica-  
cior, vt in initijs capitis sequentis, & ipsa stringit spissatq; sic enim legitur in scripto  
exemplari. ¶ **EX CAPITE. xij.** ad remedia opisthotoni bibuntur. opisthotonis non  
opisthotoni in eodem. ¶ Est & acaciæ spina. Fit in Aegypto alba nigraq; arbore. Item  
viridi. In eodem. Et acaciæ spina fit in ægypto alba nigraq; arbor. Est itidem viridis,  
sed longe. ¶ Fit & in Galatia tenerrima. deterrima non tenerrima in eodem. ¶ Fo-  
liorum succus & galatiacæ acaciæ nigerimus improbatur. Foliorum succus acaciæ &  
galaticæ nigerrimus improbatur in eodem. ¶ Oculorum medicamentis ante alias vti-  
lis, ante omnia, non ante alias, in eodem. ¶ Lauantur in eos vsus pastilli ab alijs, torrē-  
tur ab alijs. Idem exemplar. Lauantur in eos vsus pastilli, ab alijs torrentur, ab alijs pe-  
ruruntur. ¶ Abundantiam mensium foeminis sistunt, adde præpositionem, in. abun-  
dantiam mensium in foeminis sistūt, ex eodem. & in calce capitis, oris vlcera non oris  
vitia. ¶ **EX CAPITE. xiiij.** Vulgaris quoq; hæc spina ex qua cortinæ fulloniæ implē-  
tur. Potior lectio. Vulgaris quoq; hæc spina est, qua cortinæ fulloniæ implentur. Nec  
cortinæ habet nostrum exemplar sed lanæ. ¶ Sed & frutex humilior. In eodē. Est fru-  
tex humilior. ¶ In Nisyro & rhodio<sup>R</sup> insulis, sincerior lectio, in Nisyro & rhodo insu-  
lis, ex Dioscoride libro primo capite de Aspalatho. Nascitur inquit ad Istrum & nisy-  
rum, in Syria quoq; ac rhodo. ¶ Alij adipatheon siue dipsicon siue diacheton. Scribi  
posset. Alij sphagnō siue phasganon, siue diaxylon ex Dioscoride libro primo capite  
de Aspalatho. ¶ Sanguinem reddentibus medetur decoctum eius. Alium sistit cor-  
tex. Vocabulum, cortex, non est in antiquo exemplari. Ego vero & paulo ante super-  
fluere puto. Dioscorides loco ante allegato, sistit alium & sanguinis excreationes po-  
tum decoctum eius. Solut præterea inflationes & strangurias. ¶ Flore eius aquā gla-  
ciari Pythagoras tradit, e contrario in nostro codice, florem eius aqua glaciari. ¶ Re-  
cubitu propius allabi. Quid si legas non recubitu sed rei petiæ. ¶ Caules eorum ten-  
duntur teneri. Lege Caules eorum teneri tunduntur, ex antiquo exemplari. ¶ Potus  
aut illitus. In eodem, intelligitur potus aut illitus. Quæ verba ego adiecta a lectore,  
non legitima auctoris duco. ¶ Caulicorum ex vino decoctum vel præsentaneū re-  
medium est, in alijs exemplaribus calculorum scriptum inuenias nō caulicorum haud  
omnino spernēda lectione. Nam in fine capitis alterum genus rubi tradit qui gignit  
pillulam castanæ similem præcipuo remedio calculosis. Sed quoniā Dioscorides suc-  
cum ex folijs caulibusq; expressum, mox in sole densatū multos in medicina vsus ha-  
bere tradit quod & Plinius paulo antedixit, rem in medium relinquo. ¶ Eadēq; com-  
positione, particula, q; delēda ex vetusto codice. ¶ **EX CAPITE. xiiii.** rarioribus ca-  
lamis innocentioribusq;. Non calamis habet nostrum exemplar sed folijs. Neutra le-  
ctio placet. Verior esset, rarioribus aculeis innocentioribusq;. Dioscorides libro quar-  
to capite de rubo idæa. Spinas habet breues, Inuenitur & sine spinis aliquando. ¶ Cā-  
didior & fructicosior. Is floret ramos spargens rectis aculeis. In eodem, candidior &  
fructicosior & ramos spargens, erectis aculeis. ¶ Alterq; ille candidior. Cōiunctio, q;  
eradenda ex eodem. ¶ Spuma eius ac flos quidam medicamentis oculorum additur,  
quidem, non quidam in exemplari antiquo & nonnullis excusis. Scribendum igitur  
cōmutatis verbis. Spuma eius ac flos medicamentis quidem oculorum adduntur. ¶  
¶ Vlcera recentia & serpentia ac putrescentia. Verbum recentia nō habetur in eodem,  
recte. Dioscorides libro primo capite de Lycio. Reduuias idem, putrescentiaq; & quæ  
serpunt vlcera sanat. ¶ In naribus clauos suppurationes, auribus in eodem nō naribus.

Veriore lectione. Dioscorides eodem loco, facit ad purulentas aures, tonsillas, exulceratas gingiuas. c. ¶ Ad eadem omnia vtile est. postremum verbum redūdat ex eodem. ¶ Pollini thuris similem, cum quadā acrimonia dulcem. Cum vino tusa sistit fluxiones. Scribo. pollini thuris similem, cum quadam acrimonia dulcem, gumminosam, sistit fluxiones. tum ex vetere exemplari, tum ex Dioscoride qui libro. iij. capite de Sarcocolla. adulterari admixto gummi prodit. Plinius quoq; supra libro. xiiij. capite. xi. inter gummi genera sarcocollam numerat. ¶ Illinitur infantibus. Vetustate & hæc maxime nigrescit. Scribe. Illinitur infantibus maxime. Vetustate & hæc nigrescit. ex eodē exemplari. ¶ Stomachiq; vitia. stomatice non stomachi. & in calce capitis arbores, nō arborum in eodem. ¶ EX CAPITE. xv. Faciunt & pastillos terentes eam ex aqua. At supradicta sanat et vomicas. Lege faciunt & pastillos terentes eam ex aqua ad supradicta. Sanat & vomicas. ex eodem. ¶ Excalfacit perunctione. Deest coniunctio. et. Excalfacit & perunctione. ex eodem. ¶ Quoquomodo collectam. Adde verbum vero. Quoquomodo vero collectam. ex eodem. ¶ Claritati oculorum & contra suffusiones vtilissima. & cicatrices. caligines, nubeculas in vino cocta inuncta. Si Dioscoridem audimus libro quarto non cum vino cocta inuncta legemus, sed cum melle inuncta. Claritati inquit oculorum, & contra caligines, suffusiones, incipientes nubeculas, cicatrices, litus cum melle vtilis est. Qui locus a Marcello interprete negligenter latine versus est. ¶ Chamæcissos spicata est. tritici modo ramulis quinis fere, foliosa. Locus est ni fallor viciatissimus. Quem si ad libellam Dioscoridis exæquare velis sic leges. Chamæcissos spithamæis est ramulis. quinis fere folijs. Lege Dioscoridem libro quarto capite de Chamæcisso. Hac dictione. spithamæus. pro dodratali Plinius supra vsus est libro septimo capite secundo. Super hos inquit extrema in parte montium spithamæi pygmaei narratur ternas spithamas longitudine hoc est ternos dodrantes non excedentes. Nec audiendus Hermolaus qui in Dioscoridis corollario supradicta verba pro veris plinianisq; agnoscit. ¶ In vini cyathis duobus septem diebus admodum amara potione. Longe hoc a Dioscoridis placitis diuersum est. Proinde non dubito quin aliqua hic verba librariorum incuria prætermissa sint. Nam in Dioscoride tres sunt cyathi non duo, & ab Ischyadicis hanc potionem insigniter amaram. xl. aut. l. diebus bibendam præcipit, ab his autē qui regio morbo laborant. v. aut. vj. diebus non. vij. Verba eius subtexui ex libro quarto capite de Chamæcisso seu terrestri hedera. Contra coxendicis dolores trioboli pondere in aquæ cyathis tribus. xl. l. ve diebus folia eius vtiliter bibuntur. Quin etiā fellis suffusiones quinq; aut sex diebus pariter pota emendant. ¶ Per infundibulum imbibitur in veteri tussi. Ligo per infundibulum bibitur in veteratæ tussi. ex scripto exemplari. ¶ Palmi altitudine. Dioscorides libro tertio duorum palmorum altitudine. ¶ Itali centunculum vocant, rostratis folijs ad similitudinem. c. Verbum. Itali. delendum. Reliqua sic legito. Centunculum vocant nostri. folijs ad similitudinem. c. ex antiquo codice. ¶ Græci autem clematidem. Est eius egregius effectus ad sistendam aluum. Tria illa verba. græci autem clematidem. in codice nostro de siderantur & quidem recte. Centunculus enim gnaphalion a græcis vocatur, auctore Dioscoride, non clematis. Cætera sic scribe. egregij effectus ad sistendam aluum ex eodem codice. ¶ Tritus cum oxymelite aut aquæ calidæ cyathis quinq;. In eodē. tritus oxymelitis, aut aquæ. c. ¶ Sed græci clematidas & alias habent. Scribendum censeo. Græci clematidas duas habent. vt reliqua deleantur. ex Dioscoride qui duas clematidis species agnoscit libro quarto. ¶ Et pedales foliosos non dissimiles scamoneæ ramos habet. Detrahe coniunctionem. et. Cætera mutato ordine sic lege. ramos habet pedales, foliosos, non dissimiles scamoniæ. ex eodem. ¶ Ex aceto dentium dolores sedant.

Locus egregius.

Locus a Marcello Dioscoridis interprete negligenter versus.

Hermolaus non audiendus.

Pulcher locus.

Locum aduerte.

## EX LIBRO


Venerem stimulant. In eodem, ex aceto edentium venerem stimulant. Cætera superfluum. Dioscorides tamen libro quarto clematidem dolores dentium mitigare pro-  
dit, & in calce capitis. polygonitis non polygonitides in eodem. ¶ **EX CAPITE.**  
xvi. epiphoris elixum imponere. Verbum elixum redundat ex eodem. ¶ Infundens  
aurium dolori, infunditur & aurium dolori, in eodem. ¶ Et purulenta excreantibus  
farina permixtum, pura in eodem vt sit pluralis numerus a singulari, pus, non puru-  
lenta, & farina non farina. ¶ Hippocrates quaslibet ad collectiones. In eodem.  
Hippocrates vtralibet ad collectiones, c. ¶ Dari potu in vino nigro putant vtile. Ver-  
bum, potu, superuacaneum est ex eodem. ¶ Prodesse in potu aiunt, prodesse potum  
aiunt, in eodem. ¶ Item combustis ac fistulis, ambustis non combustis idem habet.  
¶ Myrrhis quam alij Smyrrhizam, alij myrrham vocant, Myris quam alij Myri-  
zam, alij Myran vocant, in eodem. ¶ Subuenit & phthificis in sorbitione. Adde ver-  
bum data, in sorbitione data, ex eodem. ¶ Phalangiorum morsus restringit. Scribo  
restringit nõ restringit ex eodem. ¶ **EX CAPITE.** xvij. cuius decocto in aqua suc-  
co, decoctæ lege, non decocto ex eodem. ¶ Eundem effusum in herba. Cõuinctio, q.  
demenda, ex eodem. ¶ Insanabiles perire, in sanabili leto perire, in eodem. ¶ Florente  
aproxi, brassica non aproxi in eodem. ¶ Pythagoræ pertinax fama antiquitasq; vindi-  
cant. Verum pythagoræ pertinax fama antiquitasq; vindicauit in eodem. ¶ Et id ip-  
sum auctoritatem voluminibus affert, non voluminibus in eodem legitur, sed volu-  
minum, vt scribendum putem volumini ei. ¶ Cum alia suo & nomine æderet, muta  
locum conuinctionis, cum & alia suo nomine æderet, ex eodem. ¶ Democriti certe chi-  
rocineta. In eodem hirocmeta quasi sacros labores dixeris, nota illa græcorum in ins-  
cribundis operibus felicitate. ¶ Marmaritin vocari. Magos vtiq; ea vti, Marmoritin  
vocari. Hac magos vti, & paulo post Achemenida non Achemenidon in eodem.  
¶ Nasci in tardastilis india. Scribendum fortasse, in Taxilis india, de quibus Plinius  
libro sexto capite, xx, & cæteri. ¶ Eandem hipophoruada appellat quoniam equæ præ-  
cipue caueat eam. Equi non equæ vetus lectio. Et si inditum est ei nomen quod equi  
caueant eam hippophobada scribendum esse in aperto est. ¶ Pauonis picturis similem,  
pauoni non pauonis, in eadem. ¶ Arianidem in Arianis gigni. Arianida antiquus  
codex rectius, vt paulo ante hippophobada & Adamantida, & infra Meroida potius  
quam Meroidem legerem. ¶ Quæ ob id nomine alio potamautis appellatur. Scriben-  
dum videri potamitis non potamautis hoc est fluuialis seu fluminea. ¶ Ni potis nucleis,  
nisi potis nucleis vet<sup>9</sup> exemplar. ¶ Sissitieterida a cõuictu. Hestiaterida in eodẽ nõ Sissie-  
terida, non minus probada lectione. ¶ Casignetem quoniam secum ipsa nascatur, nec  
cum alijs vllis herbis. Deesse puto præpositionem negandi, a, vt legatur acasignetẽ hoc  
est sine fratribus, quoniam sequitur, nec cum alijs vllis herbis, sic enim scribendum ex  
eodem. ¶ In themiscyra regione & Ciliciæ montibus. In antiquo codice Themiscyre-  
na legitur non themiscyra. Legi etiam posset Themiscyria. Sic enim fit gentile nomẽ  
a Themiscyra auctore stephano Byzantio. Item non Cilicię in eodem exemplari scri-  
ptum inuenies, sed Galatię, veriore lectione. Multo enim minus galatia distat a The-  
miscyria regione quam Cilicia. ¶ Heliocallidem Scribo ex eodem, heliocallida, qua  
dictum est forma. ¶ Ita fieri excellentes animo & forma atq; bonos. Scribo ita fieri ex-  
cellentes animi & formæ bonis, ex eodem. ¶ Harum omnium magica quoq; c. adde,  
atq; vt sit. Atq; harum omnium magica quoq; c. ex eodem. ¶ Aliam crocidem. Scri-  
be, crocida, non crocidẽ, ex eodem. ¶ Crateuas cenothenidẽ, cenotherin, in eodem non  
cenothenidẽ. ¶ **EX CAPITE.** xviii. Sanguinem quoq; qui defluit a renibus. Scribẽ-  
dum reor permutatis syllabis, naribus non renibus, ¶ **EX CAPITE.** xix, collectaq;

Nota cor-  
rectionẽ.

Loc<sup>9</sup> non  
spend<sup>9</sup>.

alicuius in vestis panno & alligata. Scribe, collectaq; in vestis alicuius panno & illigata. ¶ Contra tertianas adalligata læuo brachio. Duo prima verba contra omnia exemplaria contenderim superuacanea esse. ¶ Inde alij ramuli assurgunt sua capitella gerentes. In exemplari nostro. Inde alij ramuli exsurgunt sua capitula gerentes. ¶ Hæc inter duos lapides trita feruet, præcipuo aduersus anginas succo. In eodem. Hæc inter duos lapides trita fertur præcipua, aduersus anginas succo. ¶ Vternosa curat. Verno liberat in eodem. ¶ Ea mularis dicitur alijsq; nominibus. In eodē, ea villaris est, alijs alijsue nominibus. ¶ Philanthron herbam græci appellât, hirsutam quoniam vestibus adhærescat. In eodem nasute non hirsutam. ¶ Siue viridis, siue in foeno siccata. Vltimum verbum adiectitium putamus. ¶ Tunditur aspersa aqua, conditur non tunditur in vetusto codice. ¶ Succum quoq; eius in parnaso excipi tradūt. Verbum, quoq; delendum ex eodem. ¶ Tueturq; ab inflâtionibus plagas, non plagas in eodem, sed pacata, præcessit enim vulnera. ¶ Quod quomodo fereretur suo loco diximus. Primum verbum superfluit, & docuimus non diximus in eodem habetur. ¶ Furfures in facie extenuat, furfures in facie emendat, in eodem. ¶ Contra vuluæ cruciatus subiecit idem. Itemq; imposuit imo uentri. In eodem, contra vuluæ cruciatus obiecit idem. Imposuitq; ventri. ¶ Sæpius die illinens, perungiq; præcipiens. In eodem, prohibens, nō præcipiens, & paulo post acetabuli dimidij nō dimidia. ¶ Decoctum foeni græci semē emendat. Verbum, semen, redundat ex eodem. Et sane Dioscorides libro secundo capite de foeno græco, graueolentiam excrementorum in intestinorum torminibus decocto foeni græci emendari prodit.

¶ EX LIBRO. XXV. EX Procemio, & Capite. j.



MNIVM utiq; vitam clariorem fecere. Scribendum puto hominum non omnium. ¶ EX CAPITE. ij. Boum etiam medicamina non omissa. Scribe cum minore litera. Boum etiam medicina non omissa, ex codice nostro. ¶ Semper medicetur maiestas, in eodē, mederetur, & statim post inueniam, non inueni. ¶ Primo inuenta genera antidoti, antidotis nō antidoti in eodem. ¶ Verum & pictura fallax est, & coloribus tā numerosis præsertim in æmulatione naturæ multum degenerat transcribentium fors varia. Scribe, Verum & pictura fallax est, coloribus numerosis præsertim in æmulatione naturæ, multumq; degenerat transcribentium fors varia, ex eodem. ¶ Nec est difficile cognitu, nec est difficilis cognitio in eodem. ¶ Quæ tota migrabat in græcæ linguas, Scribendum reor, migravit potius quā migrabat. ¶ Alius est quam quos in priori volumine eiusdem nominis diximus. In nostro exemplari. Alium quam quem priori. c. ¶ EX CAPITE. iij, vt res tanta debeatur, herbam inuenire, vitam iuuare. In eodem, tanta res videbatur herbam inuenire, vitam iuuare. Scribendum reor, tanti eis videbatur herbam inuenire, vitam iuuare. ¶ Præter fortuita casusq; & nomina quæ omnis hora excogitat ad milia morborum singulis mortalibus timenda. Scribo, præter fortuita casus & quæ noua omnis hora excogitat millia morborum, c. ex eodem, & mox paulo stultitiæ non stultitia. ¶ Vt mori plerunq; etiam optimi portus sit, potus non portus, & optimis nō optimi in eodem. ¶ Ac postea inuenta. Legendum puto, ac pro ea inuentas. ¶ EX CAPITE. iij, afferriq; e campania mihi, in codice antiquo, non afferri sed affirmaret legitur, puto legendum afferret seu offerret, non affirmaret. ¶ Ac ne sic quidem solide. In eodem ac ne sic quidem solutæ. ¶ A lutea radice. In eodem, alutæ radice. Verbum autem exeūt, adulterinū existimo. ¶ Hæc quoq; difficultas est. Adde. Nam, conuinctionem. Nam hæc quoq; difficultas est, ex eodem. ¶ Caule inter folia digitorum quattuor In eodē, caule

Pulcher locus.

Loc<sup>9</sup> alt.

## EX LIBRO

vno, folia digitorū. iiii. ¶ Qm̄ is filiā Panaciā appellauit. Scribe q̄ filiā panaciā appella-  
 uit ex eodē. & paulo post. vbi & quonā fieret mō. ¶ Cera adulterati. cera adulteratū in  
 eodē. ¶ Serif hoc lōgioribus quā cætera folijs. In eodē. Senior huic flos, lōgioribus. c̄.  
 ¶ Alterū leuioris folij, alterū tenuioris, alterū leuis folij, alterū tenuis in eodē. ¶ Quæ  
 apollinaris, apud Arabas altercū. c̄. Omiffa hic puto a librarijs duo verba. apud nos.  
 vt fit, quæ apollinaris apud nos, apud arabas altercum. c̄. Ex Dioscoride libro quarto  
 capite de herba apollinari. ¶ Siue altercangenum. non agnoscit hæc verba antiquus  
 codex. ¶ Vulgare autem candidius est & fruticosius, altius papauere. Tertium semen  
 Irionis semine simile. Verba hæc corrupto vt puto ordine cōcepta, sic scribo. Vulgare  
 autem candidius est & fruticosius altero. papaueris semine. Tertij semen irionis simi-  
 le. ex Dioscoride eodem libro & capite. Et in archetypo nostro, alterius non altius le-  
 gitur. ¶ Nonnunquam ante candidum ruffescit. autem, non ante, in eodem. ¶ EX  
 CAPITE. v. capitibus marrubij. capitulis non capitibus, in eodē. ¶ Tenuioribus cau-  
 liculis, in vineis nascentem. teneriorem non tenuioribus in eodem. ¶ Medetur angi-  
 nis suum. succus non suum. in eodem. ¶ Et colligi florentem adhuc iubent. et colligi  
 cum flore, in eodem. reliqua superfluunt. ¶ Diuinationis artibus nota est. Dele ver-  
 bum. est. ex eodem. ¶ Qui mons & alijs laudatur herbis. qui mons & alias laudat her-  
 bis. in eodem. ¶ Optimates vero bellum marsicum imputauere. importauere non im-  
 putauere in eodem. Cæterum verba hæc. cui ante omnes plebs astans plaufit, optima-  
 tes vero bellum marsicum imputauere, non puto esse Pliniana. aliena enim videntur  
 ab ipsa re de qua agitur. ¶ Acu in longitudinem findebant. forficula, non acu legens  
 dum esse plinius ipse ostēdit non multo post. ¶ Trahit aluum & bilem pituitasq̄. Tra-  
 hit ex aluo & bilem. c̄. ex eodem. ¶ Plurimum drachma. Scribe. Plurimum drachma  
 vna. ex eodem. ¶ Qui elleborum fortissimi ducis similitudini æquabat. Similior veræ  
 lectio est. qui elleborum fortissimo duci similitudine æquabat. quanquam suspicor  
 verbum. similitudine. adiectitium esse. ¶ Quippe impatibiles cruciatus existunt. Ve-  
 tus exemplar. Impetibiles quippe cruciatus existunt. ¶ Lymphaticis. Elephantiaæ al-  
 bæ. Elephantiafi non elephantiaæ. in eodem. ¶ Inflammationibus, torminibus redeū-  
 tibus inflationibus non inflammationibus, in eodem. ¶ Minime ve sanguinem ex-  
 creantibus. Particula. ve. redundat ex eodem. Sensus enim est, minime dandum esse  
 sanguinē excreantibus. ¶ EX CAPITE. vi. Ipsi Mithridati Crateuas adscripsit vnā  
 Mithridation vocatam. aliter in eodem. Ipsi Mithridati Crateuas adscripsit quā Mi-  
 thridation vocant. Scribo vocat, non vocant, vt mox paulo liquet. ¶ Gustus amari.  
 In eodem. gustu amara. ¶ Et in alpibus vero plurimisq̄ alijs locis quidam & ex ea Ly-  
 cium faciunt. Scribo. & in alpibus plurimisq̄ alijs locis. In Lycia quidem & ex ea Ly-  
 cium faciunt. tum ex vetusto exemplari, tum ex Dioscoride libro tertio capite de cetau-  
 rio maiore. Abundat inquit in Lycia. Peloponneso. elide. arcadia. & Messene. & mox.  
 In Lycia succum ex ea exprimunt, & pro Lycio vtuntur. ¶ Medetur & ouium mor-  
 bis decoctæ succus. Hermolaus. omnium legit, non ouium. Marcellus Dioscoridis in-  
 terpres priorem lectionem contra Hermolaum defendit. Ego neutram probo. Sed  
 pro duobus illis verbis. & omnium. reponendum puto, eisdem omnibus. Nam & co-  
 dex scriptus obuius habet non omnium aut ouium. Dictionem vero. morbis. adiecti-  
 tiam puto. Dioscorides libro tertio capite de Centaureo maiore. Ruptis utilis Cen-  
 taurij radix est, conuulsis itidem, laterum doloribus, Spiritus angustijs antiquæ tuf-  
 si, cruenta expuentibus, Si febris absit cum vino, in febris vero cum aqua Daturq̄ dra-  
 chmarum duarum pondere. c̄. et mox statim. Potest eadem & succus. ¶ Nostri fel ter-  
 ræ vocant. Verbum. terræ. superfluit ex eodem. ¶ EX CAPITE. vii. Sterilitatē pota

Eximia  
castiga-  
tio.

Hermos-  
laus &  
Marcellus  
impbāi.

etiam in viris fieri. redundat præpositio ex eodem. ¶ Sunt qui ab Artemide. Sunt qui ab Artemi dea, potiore lectio ducitur. ¶ Est autem Absynthij modo fruticosa, maioribus folijs pinguibuscq;. Ipsius duo genera, altera latioribus folijs, altera tenera tenuioribus, & non nisi in maritimis nascens. Multa hoc in loco vt conicio vitia delitebant. Primum non pinguibuscq; legendum arbitror, sed pinguioribus. Deinde verbum tenera putamus redundare. Legendum item, nonnunquam in maritimis nascens. Postremo, verborum ordinem mutandum censem, vt in vniuersum scribatur sic, Est autem absynthij modo fruticosa, maioribus folijs pinguioribusq;, & nonnunquam in maritimis nascens. Ipsius duo genera, altera latioribus folijs, altera tenuioribus. Dioscorides libro tertio capite de Artemisia. In maritimis plerūq; Artemisia nascitur. fruticosa herba, absynthio similis, maiora tamē & pinguiora folia habet. Estq; in Artemisiæ genere speciosior altera & pinguior, latioribus folijs & crassioribus ramulis. Altera tenuior, exiguo flore, tenui, candido & graueolenti. Floret hæc æstate. c. quæ omnia videntur ad verbum ferme hic a Plinio desumpta. ¶ Talis in Cappadocia nascitur. Verbum. Talis. non habetur in vetere codice. ¶ Boeti Madon vocant. Scribo. Boetij Madonain vocant, ex Theophrasto libro nono. ¶ Quam appellauit Euphorbiam medici sui nomine & fratris musæ. In antiquo exemplari, medici sui nomine, fratris fuit Musæ. L ego, frater is fuit Musæ. ¶ Subditur excipulus ventriculo hoedino. Scribendum videtur, subditis excipulis e vētriculo hoedino. Dioscorides libro tertio capite de Euphorbio. Quem ob nimium eius feruorem incolæ timentes colligunt excipulas ex ouillis lotis ventriculis factas in arbores suspendentes, tum eminus supra excipulas illas hastilibus eam vulnerantes. Qua percussa statim veluti ex rupto vase aliquo copiosus profilit in excipulas liquor. ¶ Vertice inciso & medicamento addito. Ibi gætuli qui legunt hoedino lacte adulterant, legēdum opinor abdito potius quam addito, & aduerbium. Ibi, cum minore litera scriptum superioribus annectendum. Item remedio legitur in vetusto exemplari, non Hoedino. ¶ Etiam leui gustu os accensum detinens. In vetusto codice, etiam leui gustu os accensu detinens. ¶ EX CAPITE. viij. Celebravit & Themison medicus. In eodem Themiso non Themison, recte vt, Plato. Cicero. Cato. terminatione latina. ¶ Caninas imitans linguas, imitatur non imitans, in eodem. ¶ Aiuntq; tres thyrsos, c. conuinctio, q;. redundat ex eodem. ¶ Est alia similis ei & quæ ferat lappas minutas. Et hic quoq; conuinctio, et, superfluit. Legendumq; fert, non ferat ex eodem. ¶ Scythia primam eam quæ scythice vocatur circa Bœotiam nascens. Scribo circa mæotin non circa Bæotiam, ex Theophrasto libro, ix. capite, xij. Dulcis inquit & scythica. Et quidem nonnulli dulcem eam appellant. Nascitur apud Mæotin. Dioscorides quoq; in cappadocia & ponto propinquioribus locis Mæotidi plurimā nasci tradit libro tertio capite de glycyrrhiza. Sequitur statim. ¶ Prædulcis. Aliam vtilissimam ad ea quæ spasmata vocant. Apographon nostrū, prædulcem alias, vtilissimāq; ad ea quæ sparmata vocant. Scribendum puto, prædulcem alias vtilissimāq; ideoq; stomaticā vocant. Plinius supra libro, xxij. capite, ix. de glycyrrhiza loquens. ideo & commāducata stomatica est. ¶ Idem præstat apud eosdem hippice. Scribo hippace, nō hippice ex Theophrasto, libro nono capite, xij. De glycyrrhiza enim differēs sic ait, sitim quoq; extinguit si teneatur in ore. Qua de causa tum ea, tum hippace dicta Scythas, xj. & xij. dies sitim tolerare affirmant. Est porro hippace auctore Dioscoride libro secundo capite de caseo, equinus caseus, viroso odore, egregie tamen nutriens, bubulo proportionē respondens. Sunt qui equinum coagulum hippacem hanc esse dixerint. Hæc Theophrasti & Dioscoridis verba impellunt me vt suspecta habeā illa quæ statim sequuntur, dicta quod in equis quoq; eundem effectum habeant. ¶ Traduntq;

Egregia correctio

Correctione alteram nota

Hippace nō hippice.

## EX LIBRO

his duabus herbis scythas etiam in duodenos dies durare in fame sitiq;. Verba quæ paulo supra ex Theophrasto & Dioscoride attuli, indicant dictionem illam, herbis, falso insertam esse. Neq; enim hippace herba est, sed equinus caseus, aut coagulum equinum. ¶ Tuta existimetur a piaculis omnibus. pura non tuta in vetusto exemplari rectius. ¶ Ut in quibus etiam num hodie in numerofo & lætiore conuictu potionem e centum herbis mulso additis credidere saluberrimam. Scribo, ut in quibus etiam nū hodie, in more fit latiore conuictu potionem centum herbis mulso additis credere saluberrimam, ex eodem. & statim, tantum, non, tamen, in eodem legas. ¶ Semine tam paruo vt vix aspici possit, semine vix vt aspici possit in eodem habetur, reliqua superfluent. ¶ Ut quidam volunt etiam erutis oculis. Postremum verbum redundare existimo, præcessit enim paulo ante. ¶ Qua fastidium deducunt, vincunt, non deducunt in vetere exēplari. ¶ Notata est hæc animalis huius malignitas. Certior & magis pliniana lectio. Notata est & animalis huius malignitas. ¶ Enixæ a partu. Verbum enixæ superfluit ex antiquo codice. ¶ Dictamnnum ostendere vulneratæ pastæ statim decidentibus telis. Scribo pastu, non pastæ, & ea distinctione vt ad inferiora applicetur ex eodem. ¶ Non est alibi quam in creta. Verbum, est, non agnoscit exemplar idem. ¶ Feruens & acre gustu, feruens gustu, in eodem, superfluis cæteris. ¶ Flos nullus ei, redundat pronomen, ei, ex eodem. ¶ Vnum tuberibus radicum, radicis, non radicum in eodem, vt paulo post de plistolochia, densis radicis capillamentis. ¶ Tertium lōgissimæ tenuitatis vitis nouellæ cui sit præcipua vis quæ clematis vocatur. Scribo Tertiū longissimæ tenuitate vitis, cuius sit præcipua vis quæ Clematitidis vocatur, tum ex eodem exemplari, tum ex Dioscoride libro tertio capite de Aristolochia clematitin vocante, sicut aliud genus dactylitin non dactylum. ¶ Oblonga in summa tamen gloria est. Videtur legendum mutato verborum ordine. Oblonga tamen in summa gloria est. ¶ Cui vis tāta perhibetur. Scribo ex vetere codice, cui? tanta perhibetur vis. ¶ **EX CAPITE, ix.** in eo autem medendi genere primum nominari quæq; in quo maxime valebit. Legendum arbitror, in eo autem medendi genere primam quæq; nominari in quo, c. ¶ Nostri tria genera eius faciunt. Verbū. Nostri, desideratur in codice scripto. ¶ Datur obolis. iiii. contritum. Scribendum. Dantur oboli. iiii. contriti & mox paulū. infirmum non infirmius ex eodem. ¶ Genera eius duo sunt, postremum verbum redundat ex eodem. ¶ Blattas in se contrahit. Blattas in semen trahit, in eodem legitur, vt forte scribendum sit, Blattas in semet trahit. ¶ Probatissimæ in creta. Scribo probatissimi ex eodem, & sequitur confestim, & in siccis vbicunq; nati. ¶ Capitibus rotūdis sæpe pluribus quam ternis. In eodem, capitibus quaternis, reliqua superfluent. ¶ Radice lignosa sed cum inaruit superuacua. Scribe, & cum inaruit superuacua, ex eodem. ¶ Ex alijs vsus seminis. Ex creta radicis dulcis. Scribendum cretico non creta, & dicitio illa, dulcis, redūdat ex eodem, recte. ¶ Et magis ad serpētes est. Verbum, est, desideratur in eodem. ¶ Cuicunq; admota feræ. In eodem, vbicunq; admota feræ est. ¶ Caulis est ei tenuis, longus. Duo illa verba, est ei, non habentur in eodem. ¶ Et hic in vsu, conuinctio superfluit, ex eodem. ¶ **EX CAPITE, x.** Sunt folia brassicæ. Scribo folio non folia ex eodem. ¶ Auxiliatur eis Phrynion in vino pota, pronomen, eis, deest in eodem. ¶ Folia ei plātaginis. Folia e plantagine, in eodem. ¶ Et hoc perunctos. Ex hoc, non et hoc, in eodem, et si paulo infra sequatur, traduntq; ea perunctos, c. ¶ Contra quam & thus & panaces & Chironium. Scribo, contra quā & thus & panaces chironiū. De Panace chironio, Plinius supra, & Dioscorides libro tertio & omnes. ¶ Cuius radix admixta cōbusta teritur cum adipe suis nigræ. Verbum, admixta, putamus falso Plinio ascribi. ¶ **EX CAPITE, xj.** vt eius sit suis quæ nūquam peperit, Verbum

sit. redundat. ex codice antiquo. ¶ Sol subinde plurimum confert illitæ. deinde, non  
 subinde in eodem. ¶ Folia sunt lenticulæ similia. postremum verbum nõ agnoscit exē  
 plar idem. Sequitur ilico. ¶ Caules iuncis tenuissimis. Lego. Caules iunci tenuis simi  
 les. ex eodem. ¶ Quam effodi ante messes oportet. messem nõ messes in eodem. ¶ Ex  
 aceto & rosaceo aut posca. ex aceto, aut rosaceo, aut posca in eodem. ¶ EX CAPITE.  
 xij. si addita aqua foueantur. si addito aquæ foueantur. in eodem. ¶ Statim eam quæ  
 asyla vocatur in remedio quærent. Scribendum remedia non remedio. ex eodem.  
 ¶ De Euphorbio satis dictum est. Cuius succus lippitudini si tumor erit. Item absyn  
 thium cum melle tritum. Itēq; betonicæ farine conueniet. Aliter in eodem. De Euphor  
 bij succo satis dictum est. Lippitudini si tumor erit absynthium cum melle tritum. Itē  
 cum vettonicæ farina conueniet. ¶ Mandragoram alij circeium vocant. In eodem Cir  
 ceion. Scribo circeā cum diphthongo. æ. in secunda syllaba. ex Dioscoride libro quar  
 to capite de Mandragora. ¶ Nimio tamen odore obmutescunt ignari. Postrema di  
 ctio ociosa est. nullūq; vsum præstat ex Dioscoride loco citato. ¶ In cacuminib⁹ ramo  
 fus. cacumine non cacuminibus vetus lectio. ¶ Quæ si enecat. in eodem sic & necat.  
 Quid si legas, quos enecat. ¶ Irremediabilis existimatur. existit nõ existimatur codex  
 scriptus. ¶ Mox laconicæ, creticæ, asiaticæ, assyriacæ in eodem non asiaticæ. Neutra le  
 ctio placet. Veræ propior est. ac cilissæ ex Dioscoride quarto. ¶ Vnde nomen accepit. vl  
 timum verbum desideratur. in eodem. ¶ Qui oxymyrsinæ radicem acaron vocet. Le  
 gendum videtur acoron non acaron. Eadem menda post paulo corrigenda. Scriptus  
 tamen codex non acaron agrion aut acaron habet, sed acorion, vt sit sensus. quosdam  
 ad differentiam inter herbam & radicem, malle radicem acorion appellare forma dimi  
 nutiua. ¶ Fruticosum a radice & sursum vsq; ad cacumen. non sursum in eodem sed  
 foliosum legitur. ¶ Item succus inunctus hyoscyami modice. Verbum inunctus desi  
 deratur in eodem. et modicus ibi leges nõ modice. ¶ Causis & exesis imprimitur. Scri  
 bo. In causis exesi imprimitur. ex eodem. ¶ Mobiles vtralibet decocta in aceto firman  
 tur. vtralibet decocto in eodem. ¶ Celeriter remouentes. emouentes non remouentes  
 in eodem. ¶ Composita quoq; ad foetorem. contra foetorem ibidem, non ad foetorem.  
 ¶ Mandere matutino optimum est. mandere matutino ex vfu est. Ibidem. ¶ Stigma  
 ta in facie mandragora illita delet. mandragoras illitus genere masculino ibidem. Sic  
 supra hoc ipso capite. Aliqui & mandragora vtebantur. Postea abdicatus in hac cura  
 tione est. & post paulo. Mandragoram alij Circeam vocant. Duo eius genera, candi  
 dus qui & mas, niger quæ foemina existimatur.

¶ Finis.